

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0001-4

1. De Regalibus Fisci Principum Germaniae circa Acquisitionem praecipua. Pr. C. Thomasius. R. J. C. Heider.
2. De Remissione tacita pignoris vel Hypothecae per Remissionem debiti et consensum in alienationem rei Pr. C. Thomasius. R. J. A. Stoche.
3. Literarum obligatio a Doctorum errorib. vindicata. Pr. H. Bodinus R. D. Hampius.
4. De patientia juridica Pr. J. F. Olearij. R. A. Beyer.
5. De Feudo ex pacto cum simultanea investitura alienabili. Pr. L. Mencke. R. O. Kuntz.
6. De jure circa violentiam corpori alterius inferenda. Pr. H. Bodinus. R. J. G. Rinckleben.
7. De testamentaria patris circa Feudum dispositione. Pr. C. H. Hornig R. J. C. Schroeter.
8. De jure creditoris literarum cambii cum vel sine clausula hypothecae in concursu. R. J. C. Bastineller. R. J. W. Rohfeld.
9. De praesumtione bonitatis. Pr. C. Thomasij. R. J. F. Ludovici.
10. De inepta ratione decidendi controversias juris publici. Pr. F. G. Lautensack. R. J. G. J. Mitsky.
11. Differentiae juris Romani et Germanici in Successione conjugum, et divortium liberorum. Pr. J. P. Ludewig R. J. W. Blechen.
12. De jure consvetudinis et observantiae Pr. C. Thomasius. R. J. Herff.
13. De Fatalib. Pr. N. C. Lincker R. J. F. Herzog.
14. De effectu baptismi juridico. Pr. J. F. Ludovici. R. D. F. L. Weinhagen.
15. ~~Processus juris communis et inprimis Saxonici Electoralis. Pr. Mencken. R. J. C. Jöcher~~
De Litis denunciatione, de interventione, de Lit. Cont. et reasumtione processus.

16. De Observantiis Collegiorum Juridicorum occas. S. 69 Res. grav. de anno Abbr. C. H. Gribner. R. G. A. Behrmann.

17. Bona Vacantia. Herrnlose Güter. A. J. G. Simon. R. J. Pfafferritter

18. De Potentiore Cessionario ad l. 2. C. Ne liceat potent. A. J. S. Stryk. R. C. W. Bockel.

19. De Jurisdictione Consistoriali. Pr. J. C. Hartung. R. F. J. Stock

20. Differentiae juris feudalis communis atq Lusatici. R. J. P. Ludwig R. D. Riech.

21. De Exceptione causalis interitus. Pr. J. B. Werner. R. F. J. G. Doepler.

22. De Contractibus Patris et Liberorum in potestate ejus existentium. Pr. G. H. Fitig. R. J. C. Ernst.

23. De Testamentis irrevocabilibus Pr. H. Boding. R. J. F. Hunold.

24. De Usu theoretico et practico quaestionis: Utrum filius juste exheredatus in computatione legitimae inter liberos connumerandus sit, nec ne. Pr. J. C. Bastineller R. J. C. Matowiis.

25. De Contractu Emphyteuticario Pr. Idem. R. J. C. Praeger

26. De Usu theor. et pract. quaest: Utrum filius exher. in comput: legit. int: lib. connum. sit nec ne. Pr. G. C. Bastineller. R. J. Schwartz.

27. De libellis Alternativis. Pr. J. H. Böhmer R. J. F. Pruner.

28. De Successione viduae ex Lege Halensi Pr. G. C. Bastineller R. J. A. Gorbt.

29. De Successione Vidui ex Lege Halensi Pr. Idem. R. F. L. Drasstädt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0003-6

30. De vera origine, natura, progressu et interitu judiciorum Westphalicorum. Pr. C. Thomasius R. J. L. Fleischer.
31. De Vicariatu Italico. G. A. de Munchausen
32. De originibus Electorum iisque etiam Christi nativitate non junioribus Pr. W. G. Pachelbl à Gehag. R. C. N. Hoppe.
33. De formula Brandeburgici Ducatus. Pr. J. P. Ludewig R. P. C. de Arco.
34. Noriberga insignium Imperialium tutelaris. Pr. J. P. Ludewig. R. W. A. Herold.
35. De Officiis Imperii Saxonicis. Pr. B. G. Struv R. C. F. Reinhardus.
36. De jure publ. Romanorum, quatenus principia ejus in jure civili hodie vitanda. S. P. Gasser.

Sammelbd | 4

28.

DISSERTATIO JURIDICA,
*DE*
# SUCCESSIONE VIDUÆ,
EX LEGE HALENSI,
QUAM
DEO T.O.M. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
*SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPE AC DOMINO,*
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENB. &c. &c.
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE
D. GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLER,
*D. XIIX. MAJI, MDCCXIV. H.L.Q.C.*
publico Eruditorum examini ſubjicit
JOHANNES ADAMUS GERBT,
HALENSIS-MAGDEBURGICUS.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*
*Literis Georgii Jacobi Lehmanni, Acad. Typogr.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0005-7

REVERENDISSIMIS, PER-ILLUSTRIBUS, ATQUE GENEROSISSIMIS DOMINIS,

# DN. DECANO,
# SENIORI,
# SUBSENIORI,

Reliquisque Capituli Cathedralis Eccleſiæ Magdeburgenſis Membris Eminentiſſimis &c. &c.

DOMINIS & MAECENATIBUS MEIS GRATIOSIS,

Felicitatem!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0007-8

# REVERENDISSIMI,
## PER-ILLVSTRES, ATQVE GENEROSISSIMI DOMINI,

BEnigne condonabitis audaciæ meæ, qua SVMMA NOMINA VESTRA compellare jam ſuſtineo. Admodum quidem dubius primum hæſitavi, vtrum TANTIS NOMINIBVS VESTRIS me & ſtudia mea commen-

mendare debeam; poſtea tamen ab hac cogitatione averſus animus meus optima quæque ſperare juſſus eſt, idque ideo, quoniam admiranda VESTRA erga litterarum ſtudia excolentes BONITAS innumeros fere ad GRATIAM VESTRAM ſibi conciliandam jam invitavit. VOS itaque, rei litterariæ PROMOTORES OPTIMI, IPSIMET anſam dediſtis, quare in præſentia ad MVNIFICENTIAM VESTRAM, verbis majorem, confugere non erubuerim. Fama eſt, VOS nunquam eos, quibus bonarum artium exercitia curæ cordique ſunt, fuiſſe aſpernatos, eorum, qui inter ampliſſimum diſcendi deſiderium & anguſtiſſimam fortunam deſtituti, conatus neutiquam faſtidientes. Quæ paulo accuratius mecum reputans non, niſi commodam exſpectavi occaſionem, qua, devotam piamque mentem ſignificando, aditum ad tutiſſimum VESTRVM Muſas exhilarans PATROCINIVM mihi præpararem. Licet vero Cœli munus id eſſe exiſtimem, ſi mihi confidere liceat, fore, vt

veni-

veniam audaciæ audax animus impetret, REVERENDISSIMIS atque PERILLVSTRIBVS NOMINIBVS VESTRIS tenue hoc ſpecimen academicum, quod materiam DE SUCCESSIONE VIDVÆ EX LEGE HALENSI continet, eo, quo fas eſt, obſequii cultu oblatum conſecratumque cupiens; hoc tamen egregium, & inter prima gloriæ numerandum beneficium ſubmiſſe præ reliquis exoſculabor, ſi SVMMIS NOMINIBVS VESTRIS innata VULTVS SERENITAS exiguum chartaceumque hoc munusculum gratioſe intueri non dedignetur. Quantuscunque pretioſioris gemmæ ſit fulgor; recte tamen de ea dicitur, quod recreet, non ſatiet. Longe aliter ſonat inſcriptio, qua MAGNOS Muſarum EVERGETAS inſignimus; de his enim ſemper prædicatur, quod recreent & ſatient. Beatus igitur ille, qui, Lumine præſertim Divino colluſtratus, SVMMORVM PATRONORVM, quo exſplendeſcunt, ſplendore ſplendidiſſimo frui

frui poteſt! Ejusmodi enim felicitate præditus, profectus facere poteſt non contemnendos, fortunam nanciſcendo fautricem atque benevolam. Faxit Divinum Numen, vt ſemper adſint Lumina, quæ litterario quoque orbi contingant fœcundisſima! Excitet Lux Æterna, Deus ter optimus, ſemper Muſarum Statores, quibus dejecti litterarum cultores foveri & excitari queant! Exaudiet omnipotens hujus univerſi Moderator ardentisſimas preces, quibus ſupplex ipſum nunc veneror: Conſervet benignisſimus ille mortalium Patronus VOS GRATIOSOS clientum PATRONOS per longam annorum ſeriem ſoſpites atque ſalvos, corporis animique viribus integros! Beet ardua VESTRA negotia gratiæ ſuæ abundantia, cunctisque, quæ ſperari mortalium votis poſſunt, bonis perpetuo VOS circumfluere jubeat! VOBIS enim, REVERENDISSIMI, PER-ILLVSTRES atque GENEROSISSIMI DOMINI, ſalvis, ſalva eſt patria, ſalvæ ſunt ſplendidisſimæ VESTRAE FAMILIAE, ſalvi

ſunt

ſunt VESTRI clientes devinctisſimi, ſalvus ſum ego

REVERENDISSIMIS, PER-ILLVSTRIBVS, ATQVE GENEROSISSIMIS NOMINIBVS VESTRIS

Dab. Halæ
d. XVIII. Maji
M DCC XIV.

*devotisſimus*

JOH. ADAMUS GERBT,
Hal. Magdeb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0012-6

DISSERTATIO JURIDICA
DE
# SUCCESSIONE VIDUÆ
## EX LEGE HALENSI (a).



---

*Monitum de ſignificatu & legis Halenſis.*

(a) Qvum ſub *lege Halenſi* non ſolum Ordinatio Regiminis Halenſis tanquam lex *localis*, ſed ſi qua in re *hæc* deficit, etiam Ordinatio Politica Ducat. Magdeb. vt lex *provincialis*, imo, ſi in *obligatione utraque* nihil adparet, jus Juſtinianeum receptum inſtar legis *univerſalis* ſubſidiarii *late* intelligatur, iſteque intellectus ad nos in præſenti ſpectet, interim tamen ſecundum veriorem Dd. ſententiam *lex localis*, v. c. *de ſucceſſione*, non extendatur ad membra Regiminis totius provinciæ, neque ad membra Academiæ, puta Profeſſores, Studioſos, officialesque academicos, etſi *in eodem loco* commorentur, ſiquidem ejusmodi perſonis ſucceditur ſecundum legem provincialem & jura communia, quæ in territorio, ſub quo urbs eſt, vigent, quid? quod lex localis, ſeu ſtatutum, de *civibus* verba faciens, ne quidem ad *incolas* pertineat, v. Mevius ad jus Lubec. *lib. 1. tit. 2. n. 10.* Böer. *deciſ. 13. n. 24.* & ſane præter illuſtre Regimen Ducatus Magdeb. atque inclytam Academiam Fridericianam adhuc conſiliarii Regii &c., qui omnes non ſunt *cives*, porroque *incolæ* hic Halæ ſubſiſtant: hinc, ut confuſio & obſcuritas evitetur, infra ſuo ordine monebimus, quando ſecuti ſimus *ordinationem Regiminis Halenſis*, quando *ordinationem politicam Ducat. Magdeb.*, quandoque *jus Juſtinianeum*, ſimulque oſtendemus, quonam in puncto interdum illuſtre *Regimen*, aliquando inclyta *Academia* utatur jure, a ſtatuto Halenſi diverſo, vid. *lit. r. n. 4. &*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0013-1

# CAPUT I.
## De
## Communibus Succeſſionis (b) Viduæ Nobilis & Ignobilis.

*Modus condendi ſtatutum.*

*5. in fin.* Sed moves incidenter quæſtionem: *quidnam*, dicas quæſo, *requiritur ad ſtatutum municipale?* Dd. exigunt *1) omnium univerſitatis membrorum convocationem* argum. *l. 2. C. de* Decur. *& fil. cap. 28. X. de Elect. 2)* ut ex omnibus membris *ad minimum duæ partes* adſint arg. *l. 3. ff. quod cujusque univerſ. l. 3. ff. de Decret. ab ord. faciend. 3)* concluſum *per majora* arg. *l. 19. ff. ad munic. l. 46. C. de Decur. j. cap. 57. X. de Elect.* & , ſi juri communi contrarium ſit, 4) *Principis confirmationem* arg. *l. vlt. ff. de colleg. & corpor.* Quorum ſententiæ quoad *tria* priora requiſita & nos adſtipulamur, *ſi* ſcilicet *civitas municipalis in certos ordines non ſit diviſa.* Qua vero ita diviſa, ſufficere videtur, vt Magiſtratus *tribunos plebis* & magiſtros opificiorum *ſeniores* ſaltem convocet, eorumque, ſi *duæ partes* præſentes ſint, adſenſum in condendo ſtatuto *per majora* eliciat. Quod ad *quartum* requiſitum, nempe *Principis confirmationem*, attinet , dicimus, quod res eſt, primo, recepto juri communi conforme ſtatutum municipale *proprie tale* non eſſe, deinde, & præter & contra jus commune conditum nullibi absque Superioris confirmatione *in contradictorio* validum judicari, conf. illuſtrationis ergo Ord. polit. Ducat. Magd. *cap. 15. §. 1. & cap. 26. §. 27.*

*De generalibus & hiſtoſtoria ſucceſſionis remiſſive.*

(b) *Generalia* , ad ſucceſſionem conjugum ſpectantia, ejus *hiſtoriam* ex jure Romano & *deductionem* ex principiis juris divini, tam naturalis, quam poſitivi univerſalis, atque ex legibus Ebræorum, nec non ſucceſſionem viduæ ex jure Saxonico, Bavarico, Wurtembergico, Franconico, Marchico, Prutenico, & Lubecenſi vide in Tuchers *Diſſertat. de Succeſſ. Conjug. ab inteſt. ex jure divino & humano deducta, & ſub præſidio Dn. Henrici Lincken Altdorfii anno 1686. habita.*

(c) In-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0014-7

*Viduæ intellectus.*

§. I. *Vidua* intelligitur (c), quæ (d) poſt *juſtas* nupti-



---

*Viduæ adpellatio impropria.*

(c) Intellectus iſte eſt *proprius* & hujus loci. *Improprie* vidua adpellatur partim ea, quæ maritum nunquam habuit *l. 242. §. 3. ff. de verb. ſignif.* add. Gothofredus *in not. lit. z.* partim, quæ maritum quidem habet adhuc vivum, ſed inutilem ſibi Gloſſa *in l. fin. 16. in verb. Orbitates Cod. ad Leg. Fabiam de Plagiar.*, veluti abſentem, qualis uxor apud nos jocoſe audit eine Stroh-Witwe. Similiter eccleſia juxta communem loquendi uſum ſponſo dicitur viduata, quando Epiſcopum ſponſum ſuum habet inutilem, v. g. nondum conſecratum. Quamdiu enim Epiſcopus non eſt conſecratus, tamdiu eccleſia adhuc quoad quædam quaſi viri ſolatio manere cenſetur deſtituta juxta *cap. 2. ʃʃ. ſed neque illud X. de Translat. Epiſcop.* Cujusmodi autem ſignificatus *improprii* & *alluſiones* ad nos in præſenti non pertinent.

*Requiſita ſucceſſionis deducuntur ex jure Canonico & Civili.*

(d) Latent in hac deſcriptione præcipua ſucceſſionis Conjugum requiſita, ſcilicet, ut 1) matrimonium *juſtum & legitimum* fuerit, 2) ejus *ſubſtantialia* obſervata fuerint, vid. *lit. ſeqv. e.* 3) eidem *tori conſcenſus* acceſſerit, idque 4) *ad mortem usque* duraverit. Hinc *vidua* in jure Canonico *can. Vidua 19. diſt. 34.* intelligitur, *quæ poſt ſolenne foedus nuptiarum, &, poſtquam convenerint, morte interveniente, a viro ſuo diviſa eſt.* Concordat cum jure Canonico jus Civile in *l. un. pr. & §. 1. ff. unde vir & uxor ibi*: ut bonorum poſſeſſio unde vir & uxor peti poſſit, *juſtum* eſſe matrimonium oportet. Nihil enim capi propter injuſtum matrimonium poteſt. Oportet uxorem etiam eſſe *mortis tempore.* Hinc qui inceſtas binasve nuptias contraxere, adulter & adultera, fornicator & meretrix, ſtuprator & ſtuprata, (exceptionem vide in *lit. g.*) concubinus & concubina, imo ſponſus & ſponſa, (etjamſi hæc in propriam ſit ducta & cum ſponſo velata,) ſi antequam convenerint, fatali neceſſitate diviſi fuerint, (vt jus Canonicum *cit. loc.* inquit,) ſibi invicem ex lege Halenſi ſuccedere neutiquam valent.

*Quæ perſonæ ſibi invicem ſuccedere nequeant?*

Sicuti

nuptias, *mutuo conſenſu* contractas (e), *benedictione*

---

*Cujus facti & juris ignorantia, quibusque non noceat?*

Sicuti tamen alias ignorantia *facti alieni* nemini, ita nec in materia ſucceſſionis ignoranti nocet, ſecus ac ignorantia *facti proprii*, quæ cuilibet obeſt. Ignorantia *juris humani* v. g. graduum, jure humano prohibitorum, *minorennibus*, tum maſculis, tum feminis, quidem ſemper ſuccurrit, at feminis *majorennibus* hic, ubi de lucro captando certant, non prodeſt juxta legem *8. ff. de Jur. & fact. ignorant.* ibi: juris autem error nec feminis *in compendiis* prodeſt. Quæ *juris divini prohibitivi* ſunt, tam *naturalis*, quo raptus & adulterium *l. 38. §. 4. ff. ad L. Jul. de Adult. & l. 42. ff. de verb. ſignif.* pertinent, quam *poſitivi univerſalis*, cui gradus conſanguinitatis aut adfinitatis jure divino prohibiti, & polygamia ſecundum Ord. Polit. Duc. Magd. *cap. 69. ſſ. 17.* ibi. Und weil NB. die Göttliche und weltliche Rechte bey Lebens-Straffe verbieten/ daß mehr als zwey Perſonen zugleich einander ehelich beywohnen mögen: ſo wollen wir &c. accenſentur, ignorare nec creditur, nec juvat.

*De Romanis uſitato nuptiarum ritu remiſſive.*

(e) De Romanis vſitato ritu uxores ducendi vel per *coemtionem* vel per *confarreationem* vel *uſum* & ita ductarum diverſa ſucceſſione vide ſupra in *lit. b.* citatam diſſertationem *cap. 1. n. 7. ſequ.*

*Subſtantialia nuptiarum quænam?*

Nuptiarum noſtrarum *ſubſtantialia* apud perſonas, conjuges ob conſanguinitatem, adfinitatem &c. fieri non prohibitas, *duo* agnoſcimus 1) *conſenſum contrahentium*, 2) *benedictionem ſacerdotalem*, vel ſi mavis, *unum* tantum, nempe *conſenſum contrahentium matrimonialem*, qui tamen moribus noſtris *in benedictione ſacerdotali* demum declarari creditur. Parentum conſenſus *de honeſtate* ſaltem eſt, parum obſtante Ord. Polit. Duc. Magd. *cap. 37. §. 3. ſeqv.* & Ord. Eccleſ. *cap. 10. §. 3.*, quia ut breviter nos expediamus, nuptias, invitis parentibus contractas, & benedictione ſacerdotali firmatas, iterum diſſolvendas eſſe, nullibi jubetur, prouti tamen juberi deberet, cum parentum conſenſus *de neceſſitate* foret. Convenit cum hac doctrina

praxis,

praxis, optima legum interpres. Nec omiſſa *præſentia teſtium*, nimirum duorum maſculorum honeſte viventium, conſenſum contrahentium, quando nuptiæ benedictione ſacerdotali perfectæ ſunt, irritum facit, nam obſtantes *§vus 15. in cap. 37.* Ord. Polit. Duc. Magdeb. & *§vus 7. in cap. 10.* Ord. Eccleſiaſt. æque ac ſupracitata loca ad ſponſalia pertinent. Benedictionis ſacerdotalis *defectum* interdum Conſiſtorium ſupplet, v. *lit. g.* Præcedens publica proclamatio *regulariter* nominationem partium conjunctam habet, trinaque & octo dierum intervallo diſtincta eſſe ſolet. (Nobiles ab ea ſe prorſus immunes eſſe contendunt.) Vt tamen omittatur, & absque nominatione partium unaque vice ſolum expediatur, *per modum diſpenſationis* impetratur. Eoque caſu non immerito a deſponſatis *depoſitio* an Eydes-Statt (communiter coram paſtore primario eccleſiæ, in qua proclamatio facienda,) exigitur, *ſe adhuc nemini matrimonium promiſiſſe.*

*Abſentia teſtium non vitiat conſenſum.*

*De Diſpenſatione publicæ proclamationis.*

Secundum conſtitutionem Regiam *de dato Coloniæ ad Spream d. 18. Jun. 1701.* (quæ in novis belli articulis, a jam regnante Sereniſſ. & Potentiſſ. Pruſſiæ Rege Friderico Wilhelmo *die 12. Julii anno 1713.* adprobatis, in *art 24.*, paucis circa poenam, prouti in ſubſequentibus dicetur, mutatis, repetita legitur) promiſſio matrimonii, *ab officiali inferiore & milite infimi ordinis* facta, *ſine præſcitu & conſenſu Officialis ſuperioris* ſive *Capitanei ſui* non valet, licet jurata fuerit, aut concubitus cum feminæ graviditate conjunctus acceſſerit. Notatu digna ſunt verba Conſtitutionis ipſiſſima: Wir Friedrich von Gottes-Gnaden König in Preuſſen uhrkunden/ und bekennen hiermit für jedermänniglichen/ denen es zu wiſſen nöthig. Demnach Wir eine Zeithero mit mißfallen wahrgenommen/ was geſtalt bey unſerer Militz faſt gemein zu werden beginnet/ daß die Soldaten ſich heimlich verloben/ und nachhero in fremde Territoria ſich begeben/ allwo ſie ſich ohne Vorwiſſen ihrer Officirer oder ſonſten jemands ſo wohl von Evangeliſchen als Catholiſchen Predigern copuliren laſſen/ daher denn zum öfftern geſchiehet/ daß ein Sol-

*Miles in promiſſione matrimonii adhibere tenetur conſenſum Capitanei.*

*Tenor conſtitutionis Regiæ, deſuper emiſſæ.*

 dat

dat etliche Monathe ein Weib hat / ehe es der Officir erfährt/ und Wir denn dergleichen denen Regimentern und Guarniſonen höchſtnachtheiligen Beginnen um ſo viel weniger nachſehen können / weiln auf die Weiſe wider unſere deßhalb zum öfftern ergangene Verordnungen die meiſte Soldaten bey denen Corps beweibet ſeyn würden / anderer daher entſtehenden inconvenientien nicht zu gedencken: als haben wir nöthig befunden / nachſtehendes Memorial-Edict publiciren zu laſſen. Und zwar iſt unſer eigentlicher ernſtlicher Befehl/ und Wille/ daß hinführo weder unter-Officier noch gemeiner Soldat ſich gelüſten laſſen ſol/ ohne Vorwiſſen und *Conſens* ſeines *Capitains*, worunter er ſtehet/ mit einer Weibs-Perſon/ ſie ſey auch wer ſie wolle / ſich ehelich zu verſprechen und noch weniger copuliren zu laſſen. Da

*Poena militis transgreſſoris.*

auch ein unter-Officier / oder gemeiner / ſich deſſen unterſtehen würde: ſo ſoll die Zuſage der Ehe von keinen Kräfften/ ſondern an ſich ſelbſten/ null und nichtig ſeyn / und darzu beyde Theile ohnnachläßig/ und zwar der Mann mit einjähriger Veſtungs-Arbeit (hodie juxta dictum belli *art. 24.* ſoll der Mann an ſtatt der vorhin verordneten einjährigen Veſtungs-Arbeit ins künfftige funfzehenmal in einen Tage durch zweyhundert Mann die Gaſſen lauffen) das Weibs-Stück aber mit den Spinnhauſe auf ein Jahr abgeſtraffet werden. Worbey denn der Weibes-Perſon nicht helfen ſol/ ſie ſey gleich geſchwängert/ oder die Zuſage noch ſo verbindlich / ja auch eydlich geſchehen. Würde aber ein unter-Officier oder gemeiner ſich gar unterſtehen/ entweder in- oder auſſerhalb Landes heimlich ohne conſens ſeines Capitains ſich copuliren zu laſſen: ſo ſoll auf ſolchen Fall die obige Straffe ſo wohl wider den Mann/ als wider das Weib verdoppelt werden. Wornach ſich alſo jedermänniglich / und in ſpecie unſer itziger General-Auditeur Katſch bey dergleichen / ſo wohl in Guarniſonen/ als in Felde / und bey der gantzen Königl. Armee vorkommenden Matrimonial-Sachen zu achten/ auch darnach zu ſprechen hat. Damit auch niemand und ſonderlich die Weibes-Perſonen ſich mit der Unwiſſenheit zu ent-

*ne ſacerdotali* (f) firmatas & *thalami conſcenſione* (g) conſummatas, morte interveniente, a marito ſuo diviſa eſt.

§. II.

---

entſchuldigen. So haben wir dieſes unſer Edict durch öffentlichen Druck publiciren zu laſſen nöthig gefunden. Und ſol daneben daſſelbige nicht nur bey jedweder Compagnie publicirt/ ſondern auch an unſere ſämtliche Königl. Conſiſtoria reſcribiret werden/ ſolches an jeder Kirch-Thüre affigiren und ein vor allemahl von denen Cantzeln publiciren zu laſſen. Wie es denn auch in denen Guarniſon-Kirchen quartaliter und bey jedweder Compagnie zum Uberfluß abgeleſen werden ſol. Uhrkundlich unter unſerer eigenhändigen Unterſchrifft und aufgedruckten Königl. Inſiegel. So geſchehen und gegeben zu Cölln an der Spree den 18. Jun. 1701.

(L. S.) Friederich
J. A. Graf von Barfuß

At, ſi benedictio ſacerdotalis fuerit ſubſecuta, matrimonium iterum dirimendum eſſe, non legitur. Vnde firma ac ſtabilis manet ſententia, 1) *conſenſum contrahentium* & 2) *benedictionem ſacerdotalem* inter matrimonii *ſubſtantialia* vnice referenda eſſe. Quibus, ut ſucceſſio inter conjuges locum habeat, 3) *tori conſcenſum* acceſſiſſe oportet. Atque ita prædictorum ſummam dicimus; quoties *conſenſus contrahentium*, aut *benedictio ſacerdotalis*, aut *tori conſcenſus* deficit, toties *vidua prædefuncto marito ex lege Halenſi non ſuccedit*, add. tam. lit. g.

*Concluſio de matrimonii ſubſtantialibus.*

(f) Jure Civili *Nov. Leon. 74. & 109.*, Canonico *can. Aliter 1. cauſ. 30. qu. 5.* & in Praxi benedictionem ſacerdotalem *neceſſariam* eſſe conſtat.

(g) Spec. Sax. *Lib. I. art. 45. & lib. III. art. 45.* v. Præſes *diſſert. de Succeſſ. Vidui ex L. Halenſi §. I. lit. d. & e*, ac §. *II. lit. f.*

Teſte

*Quando vidua Halæ* §. II. Atque in defuncti mariti bona *mobilia* vidua

Teſte Böero *deciſ. 22. num. 33. 36. & 38.* conſcenſio thalami, ut neceſſarium ſucceſſionis requiſitum, *generali* conſuetudine probatum eſt.

*Stuprata, poſtquam uxor legitima per ſententiam declarata, ſtupratori etiam absque benedictione ſacerdotali ſuccedit.*

Quid ſi ponamus, *feminam*, quæ concubitum ſub promiſſione matrimonii paſſa eſt, *pro maſculi*, deinde in promiſſo matrimonio cum ea vivere recuſantis, *legitimam uxorem* per ſententiam *declaratam fuiſſe*, uti pronunciatum meminit Dn. Prof. Ludovici in Compend. ff. *tit. ad L. Jul. de Adult.* §. *14. p. 726*, quæritur, an *eidem* legitima quoque contumacis maſculi in caſum mortis ſucceſſio citra intervenientem benedictionem ſacerdotalem tributa ſit & competat, nec ne? Ex deciſione generali, *quod ad ſucceſſionem uxoris legitimam matrimonium* tori conſcenſu *requiratur conſummatum* (*v. lit. c.*) decidimus quæſtionem *adfirmative*. Nec obſtat, quod moribus noſtris in benedictione ſacerdotali demum conſenſus matrimonialis declarari credatur, iſtaque hic deficiat. Conſiſtorium enim, quod principis vices gerit, *defectum benedictionis ſacerdotalis* non ſolum ante caſum mortis maſculi ſupplere valet, ſed etiam in ſententia, a ſe lata, vel ab extraneo collegio qnidem lata, a ſe tamen publicata, ſuppleviſſe cenſendum eſt.

*Secus eſt in priori ſponſa, quæ, licet diſſolutionem cum poſteriori ſponſa conſummati matrimonii obtinuerit, perfido tamen ſponſo non ſuccedit:*

E diverſo, matrimonio, quod cum *poſteriori* ſponſa contractum erat, deinde per ſententiam, ad inſtantiam *prioris* ſponſæ latam, diſtrahi & cum *priori* ſponſa conſummari juſſo; *prior* ſponſa perfido ſponſo, ſi hic, antequam thalami conſcenſio inſecuta eſſet, inteſtatus deceſſiſſet, *tanquam legitima uxor* non ſuccedit, quoniam jus ſucceſſionis legitimæ quæſitum neque *ex perfectis ſponſalibus* oritur, alias enim omnis ſponſa præmortuo ſponſo ab inteſtato ſuccedere valeret, quod tamen aperte falſum, v. *lit. d.*, neque *ex ſententia lata*, dum ſententia, poſteriora ſponſalia pro nullis declarans, & matrimonium ob vitium nullitatis dirimendum volens, nullum novum jus *priori* ſponſæ tribuit, ſed *ejus* vetus ſaltem conſervando, rem

vidua ex lege Halenſi ſuccedit, ſi maritus (h) hic Halæ domicilium (i) habuit, licet alibi deceſſerit (k). Mortis enim locus, quin ſecundum ejus jura bona *mobilia* cedant, non facit (l), niſi ei domicilium mortui adnexum fuerit. Vnde, dum aliquis nonnuſquam (m) & *ſuccedat in mobilia?*

B hic

rem ad priſtinum ſtatum redigit. Verum, quid intuitu ſponſæ *poſterioris*, quæ matrimonium benedictione ſacerdotali & thalami conſcenſione conſummavit, obtinere debeat, majoris dubii videtur. Damus *ei* legitimæ uxoris ſucceſſionem, ſi *priorum ſponſaliorum ignara* bona fide matrimonium conſummavit, vid. *lit. d.*, neque in ejus diſſolutionem ante tempus mortis mariti poſtea inſecutum *expreſſe* vel *tacite*, prouti contingeret, ſi v. g. ad publicationem ſententiæ citata eam in vires rei judicatæ tranſire paſſa eſſet, conſenſit. *Quæ in diſſolutionem matrimonii non conſenſit, ei jus ſuccedendi ſalvum manet.*

(h) Vxor enim viri, non vir uxoris *domicilium* ſequitur *l. 65. ff. de Judic. l. 22. §. 1. & l. fin. §. 3. ad municip.*

(i) Domicilium eſt duplex, *originis* ſ. paternum & *habitationis*. Pro *priori* præſumitur, donec *poſterius* probatur *l. 3. C. de municip. & origin.* Ac *patre* jus civitatis v. g. *Halæ* habente, *filius* quoque ſtatutorum *Halenſium* capax habetur. Igitur in dubio *filius*, Hala ortus, Halæ quoque domicilium *paternum* retinuiſſe creditur, eique vidua in mobilibus juxta L. Halenſem ſuccedit, licet idem Dreſdæ habitaverit, ibique mortuus ſit. *Pro domicilio paterno præſumitur.*

(k) Ordinat. polit. Duc. Magdeb. *cap. 44. §. 9.* bey Erverbung des Fahrnüſſes ſeynd die ſtatuta des Orts zu beobachten / wo der verſtorbene gewohnt / ob er gleich anderswo verſtorben. *Textus de ſucceſſ. mobil.*

(l) Nec frequens loci aditus alicubi domicilium facit *l. 2. C. de Incol.*

(m) Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 44. §. 9.* da er aber an mehrern Orten ſeine Wohnung gehabt / und keine davon aufgegeben: ſollen des Orts Statuten bey der Succeſſion in Obacht genom- *Textus de diverſis domicil.*

hic Halæ & alibi (n) domicilium tenet, neque diverſorum domiciliorum ulli ante obitum renuntiavit: utique ſucceſſio in relicta ejus bona *mobilia* ex lege Halenſi fieri debet, quando Halæ diem obiit ſupremum.

*Quando in immobilia?*

§. III. De bonis prædefuncti mariti *immobilibus*, cum hic Halæ ſita ſunt (o), non dubitatur, quin vidua in *ea* (p) ex

---

genommen werden/ wo er zuletzt/ als er verſtorben gewohnt hat.

*Nec ſtudioſus, nec officialis, nec mercator, nec miles in locum, ubi ſtudia, officium, mercaturam & militiam exercet, domicilium transtuliſſe creditur.*

(n) Qui *ſtudiorum* aut *officii* aut *mercaturæ* cauſa aliqvo in loco v. g. Halæ moratur, & *alibi* domicilium ſive *originis* ſive *habitationis* habet: Halam domicilium transtuliſſe non videtur, niſi ſtudiorum vel officii temporarii tempore *transacto*, vel etiam in caſu *perpetui* officii & *mercaturæ* illic, v. g. Halæ, fixam ſedem ſibi conſtituerit, ibique tamdiu manere, quamdiu aliud quid ipſum inde evocaverit, vel *expreſſe* vel *tacite*, v. g. domum emendo, ſe declaraverit. Vnde ejusmodi ſtudioſo officiali & mercatori marito, hic Halæ licet mortuo, nihilominus in mobilibus ſecundum *originis* & *paterna* potius quam *Halenſia* jura vidua ſuccedit, vid. *lit. i.*

De *milite* idem dicendum, quod ad locum, ubi militat, domicilium non transferat, ſed ſolum *militiæ cauſa* ibi vivat, v. Colerus de Proceſſ. execut. *P. II. cap. 1. n. 34.*, conſequenterque ejus mobilia, licet in *acie* mortuus ſit, tamen ſecundum *illius loci*, unde ortus, *ſtatuta* in dubio cedant.

*Textus de ſucceſſ. immob.*

(o) Ord. polit. Ducat. Magdeb. *cap. 44. §. 10.* In unbeweglichen Gütern aber ſeynd des Orts Statuten vor den Grund der Succeſſion zu achten/ wo dieſelbe gelegen/ obgleich der Verſtorbene anderswo gewohnt.

*In Succeſſione immobilium domicilium non attenditur, ne-*

(p) Etſi alias, ſi de animo *expreſſe* non conſtet, & in *diverſis* locis bona habeamus, ibi domicilium fixiſſe præſumimur, ubi *maxima* patrimonii quantitas ſita, quia *ibidem* animum potiſſimum commorandi habere videmur, vid. Barboſæ & Taboris loci

ex lege Halenſi *indiſtincte* (q) ſuccedat.

§. IV. Sicuti vero viduæ, quod ad *modum* ſucceſſionis attinet, omnes mariti creditores præferuntur (r), eaque in caſu, ubi concurſus creditorum bona

*Ordo dicendorum.*

B 2 ma-

---

loci comm. Jurisprud. *L.4. cap. 51. ax. 3. p. 203*, tamen *in immobilibus* ſine diſcrimine pretii & ſine reſpectu, quænam bona ſint longe majoris valoris, an quæ *alibi*, an quæ *Halæ* ſita, ſucceſſio fit ſecundum ſtatuta loci, ubi jacent, conf. Reſp. Facult. Vitemb. apud ill. Dn. Bergerum *P. I. Reſp. 254. arg. n. 9. p. 431. & 34.*

*quæ ex ſitu majoris partis dijudicatur.*

(q) Etiam militis juxta *l. 23. §. 1. ff. ad municip.* ubi ita: Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret, *ſi nihil in patria poſſideat.*

(r) Ita quidem res ſeſe habet, neque injuſtitiam ſapit, quod *vidua* ante non ſuccedat, qvam *mariti* debitoris *creditoribus* omnibus ſatisfactum. Interim non tam ſterile matrimonium exiſtit, ut poſt ipſius diſſolutionem, morte mariti factam, non ullus in viduam æque in concurſu creditorum bona mariti abſorbente, ac extra illum, redundare debeat utilitatis fructus. Sic enim *vidua* (præter *jus braxandi* hic Halæ, v. §. *V.*) (l) *mariti nomen, dignitatem* ſ. *honorem*, excipe *temporarium*, *domicilium*, *forum*, (vid. ord. proceſs. Duc. Magdeb. *cap. 1. §. 8. pr.* Wolten aber Witwen/welche ſonſt forum mariti behalten &c.) ac *pleraque* ejus jura retinet tamdiu, quamdiu *alium non ſortitur virum.* (Binuba enim haud amplius *prioris* defuncti ſed *poſterioris* mariti ſequitur conditionem *l. 1. & 13. C. de dignitat. l. 8. ff de ſenat.*)

*Si maritus nihil in bonis reliquit, certe ipſius nomen, dignitatem, domicilium, & forum vidua lucratur.*

Hinc *viduæ Profeſſoris Academiæ Halenſis* quotannis ſumma 20. thalerorum & *officialium viduis* minor ſumma æque ac *maritis* loco vectigalis, quod pro rebus *conſumtibilibus* pendendum eſt, donec vivunt, redditur. Pariterque *viduæ* Profeſſorum & Academiæ officialium *immunes* ſunt per tempus vitæ a *vectigali cereviſiæ & vini*, von der Niederlage / Senatui ſolvendo, item ab alias uſitato *cenſu emigrationis*, denen Abzugs-Geldern. Vide privilegia

*Amplius hic Halæ vidua Profeſſoris pro* die *Conſumtions-Acciſe 20. th. accipit, imo immunis*

mariti non abſorbet, marito ex lege Halenſi aliter ſuccedit, ſi iſte bona *allodialia* tantum, & aliter, ſi *feudalia* tantum,

---

*eſt* von der Niederlage und denen Abzugs-Geldern.

legia Acad. Frideric. *art. 21.* Ob zwar die Profeſſores und übrige Vniverſitäts-Verwante zu Verhütung alles Unterſchleiffes die Conſümtions-Acciſe entrichten müſſen: ſo wollen wir dennoch die gnädigſte Verordnung thun/ daß einem jeden Profeſſori jährlich 20. Thl. dem Pro-Rectori jährlich 25. Thl. und denen andern Vniverſitäts-Verwandten und Bedienten ein gewiſſes nach Proportion an baaren Gelde aus der Acciſs-Caſſe jährlich wiederum zurück gegeben werde. Dargegen ſie ſich aber bey Verluſt der jährlichen ordinirten Summe aller Unterſchleiffe zu enthalten haben. (Hoc punctum arg. *art. ſeqv.* latine verſum eſt: qui vero, ſi quid ſuppreſſerint, beneficio illo, quod cuique definitum erat, *per annum vnum* excidant.) Und dieſes beneficii ſollen auch diejenige Univerſitäts-Verwandte genieſſen/ welche entweder ſchon würcklich Pfann-Werck treiben und angeſeſſen ſeyn/ oder mit Erkauffung Pfannwercks und Ländereyen ſich ſonſt poſſeſſionirt machen werden. *Art. 22.* Es ſollen auch die Profeſſores und übrige Univerſitäts-Verwandte von dem Einlage-Gelde von Bier und Wein dergeſtalt befreyet ſeyn/ daß ein jeder/ ſo offt er Wein oder fremd Bier vor ſeine Haußhaltung oder Tiſch einlegen will/ allemahl zur Beglaubigung unter ſeiner eigenen Hand darüber einen Zettel aufs Rath-Hauß ſenden/ dagegen von den Magiſtrat einen frey-Zettel empfangen/ und bey jährlichen Verluſt dieſer Freyheit keinen Unterſchleiff gebrauchen ſolle. *Art. 23.* derer Profeſſoren und anderer Univerſitäts-Verwandten und Bedienten Witwen ſollen Zeit ihres Lebens dergleichen *Conſumtions* und Niederlage-Freyheit zugenieſſen haben als ihre verſtorbene Männer gehabt. *Artic. 24.* Wir wollen auch die Univerſitäts-Verwandte und Bediente/ ingleichen dero Witwen und Kinder nicht allein von den ſonſt gebräuchlichen Abzugs-Geldern hiermit gnädigſt eximiren/ ſondern auch &c. De *anno gratiæ*

*De anno gratiæ remiſſive.*

tantum, paululumque aliter, ſi *allodialia & feudalia ſimul* reliquit, imo viduæ mariti *nobilis* præ vidua mari-



*tiæ*, ſive vnius anni ſalario, quo viduæ & heredes Profeſſorum perfruuntur, v. *Art. V.* Es ſollen auch der Profeſſoren Witwen und Erben des Gnaden-Jahrs/ wie bey der Univerſität zu Franckfurt an der Oder/ ſich zu erfreuen haben. De *dimidio anno gratiæ*, viduis Eccleſiæ & Scholarum miniſtris &c. præcipuo, v. Ord. Eccleſ. *cap. 20. §. 16. ſequ.* (II.) Vidua eſt perſona *miſerabilis*, & gaudet hic Halæ *in cauſis civilibus* jure ſingulari, vi cujus tam alios conveniens, quam ab aliis, licet ab *alia perſona privilegiata & miſerabili* conventa, neglecto judice primæ inſtantiæ, v. g. magiſtratu Halenſi, den Stadt-Magiſtrat, vel Prætorio Halenſi, die Berg-Gerichte/ ad illuſtre Regimen Ducatus Magdeburgici provocare poteſt, v. Ordinat. Proceſs. Duc. Magdeb. *cap. 1. §. 8.* Wollen aber Witwen/ ſie mögen Klägers oder Beklagtens-Stelle vertreten/ zu der Magdeburgiſchen Regierung ihre Zuflucht nehmen/ ſoll ihnen ſolche unverſperret ſeyn/ & Emend. Ordinat. Proceſs. Ducat. Magdeb. *cap. 1. §. 12. ibi.* die Witwen/ ſie ſeyn reich oder arm, ſie vertreten Klägers oder Beklagtens-Stelle/ mögen in cauſis civilibus, **wenn ſie auch gleich mit andern** *privilegirten* Perſonen ſtreitig ſind/ zu unſerer Magdeburgiſchen Regierung ihre Zuflucht wohl nehmen/ add. Reſp. Facult. Witteberg. apud illuſtr. Dn. Bergerum. *P. I. Reſp. 292. p. 504.* Ceſſat autem hoc jus ſingulare, inter alias perſonas miſerabiles etiam viduis conceſſum, a) *ſi lis jam pendeat coram judice primæ inſtantiæ*, v. Ordinat. Proceſs. Duc. Magdeb. *Cap. 1. §. 8.* daferne ſie (die Witwe) aber ſelbſt vor denen **Unter-Gerichten** ſchon geklaget/ oder ſich als Beklagte eingelaſſen: muß die Sache/ wo ſie einmahl rechtshängig worden/ in erſter Inſtanz billig entſchieden werden. b) ſi judex primæ inſtantiæ *cognitionem in cauſis miſerabilium perſonarum* per inveteratam & longo tempore firmatam conſuetudinem *exercuerit*, c) in cauſis *criminalibus*, d) *injuriarum cauſa ſit* c)

*Vidua tandem quam perſona miſerabilis & actrix & rea, omiſſo judice inferiori, provocat ad ſuperiorem,*

*a) niſi lis jam pendeat coram judice inferiori,*

*b) aliud per conſuetud. inductum,*

ti *ignobilis* nonnulla *ſingularia*, nimirum 1) peculiaris aliqua *gerada*, 2) peculiaris etiam *morgengaba*, 3) *cibus dome-*

---

*criminalis, d) injuriarum & e) opificum,*

*rum*, & e) *opificialibus*, Handwercks-Sachen/ v. Emend. Ordin. Proceſs. Ducat. Magdeb. *d. cap. 1. §. 12.* ibi. es wäre denn/ daß die Unter-Gerichte beſtändig hergebracht/ daß ſie auch in armſeliger Perſonen als Witwen &c. Sachen cognition haben. Auf ſolchen Fall ſoll die Sache daſelbſt entſchieden werden/ und das beneficium *L. un. Cod. Quando Imperat. int. pup.* wie auch in peinlichen Fällen/ *injurien*-und Handwercks-Sachen nicht ſtatt finden/ tandemque f) ſi vidua *concurſum creditorum agnovit*, v. Emend. Ordin. Proceſſ. Duc. Magd. *cap. 49. claſſ. 5. §. 2.* wenn ein Gläubiger einmahl in den *Concurs* getreten/ ſoll er darinnen ſein Recht ausführen/ und auſſer denſelben ſolches zu verfolgen nicht befugt ſeyn/ ob es auch gleich eine armſelige oder ſonſt privilegirte Perſon wäre.

*f) vidua concurſum agnovit.*

*Viduæ tribuitur beneficium reſtitutionis in integrum.*

(III.) Viduæ tanquam perſonæ miſerabili datur *reſtitutio in integrum*, quam intra quadriennium petere tenetur. Poſt eam petitam contractus executio in ſuſpenſo manet, imo executio jam decreta ad finitam cauſam uſque iterum remittitur, ſive caſſatur, per emend. Ordin. proceſſ. Ducat. Magdeb. *cap. 44. §. 4.* ibi. denen Minderjährigen und andern in *cap. 1. §. 12.* dieſer erklärten und verbeſſerten Proceſſ-Ordnung (worunter Witwen) benanten armſeligen Perſonen bleibet die reſtitution binnen Ablauff einer 4 jährigen Friſt zuſuchen unbenommen/ wie denn auch nach derſelben Erhebung die Execution des Contracts in ſuſpenſo bleibet/ oder auch nach Gelegenheit und biß zu Austrag der Sachen wieder aufgehoben wird.

*Vidua eſt tutrix legitima liberorum impuberum,*

IV.) Viduæ non mariti *ignobilis* ſolum, ſed etiam *nobilis* (Ordinat. polit. Duc. Magdeb. *cap. 43.* von Bevormundung derer Unmündigen §. 2. ibi. ſo wohl bey Adelichen als Bürgerlichen Perſonen/) ſi *vigeſimum quintum* annum attigerit, (v. Ordin. Regim. Hal. *artic. 14. §. 2.* ibi: Jedoch daß ſie (die Witwe) das 25ſte Jahr ihres Alters erreichet/ & Ordin. polit. Duc. Magd. *cap. 43. §. 2.*

Jedoch

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0026-4

*domeſticus* & 4) *pecunia habitationis* competunt: ita evitandæ obſcuritatis gratia de ſingulis caſibus ſeorſim acturi ſumus, & primo in capite quidem *communia*

---

Jedoch/ daß die Wittwe alsdenn 25. Jahr ihres alters erreichet/) tutore teſtamentario deficiente, volenti, non invitæ, & bonis allodialibus & feudalibus tantum & utrisque ſimul relictis, (§. 3. *ibidem* Auch ſo viel die Ritter-Güter anlanget/) ex lege locali Halenſi *præ avo*, tam paterno quam materno arg. Ord. Reg. Hal. *Artic.* 14. von Vormundſchafften §. 1. 2. & 3.; at ex lege provinciali Magdeburgica demum *poſt avum* paternum & maternum liberorum impuberum *tutela* defertur, v. Ord. polit. Duc. Magdeb. *cap.* 43. §. 4. in Fall aber der unmündigen Kinder väterliche oder nach deſſen Abſterben der mütterliche Groß-Vater annoch am Leben/ und wolten derer Kinder Vormundſchafft über ſich nehmen: würden dieſelbe auch der Mutter ſucceſſive billig vorgezogen/ nach der Mutter aber derer Kinder Väterliche und Mütterliche Groß-Mütter zu gleichen Theilen zur Vormundſchafft gelaſſen. Occurrit hic in tutela liberorum legitima, quando mater & avus in vivis ſunt; exemplum, ubi Regimen & Academia, qua tales, Ordinatione Politica, at Senatus cum reliquis civibus Ordinatione Regiminis Halenſ. & ſic invicem jure Halenſi *diverſo* utuntur, quod obiter notandum, v. ſupra *lit. a.* Quid ſi vidua *minor* ſit *viginti quinque annis*? interim pater viduæ aut mater aut impuberum liberorum proximi conſanguinei eis tutores a judice confirmandi ſunt, quorum tutelæ munus exſpirat, cum vidua *major 25. annis* fuerit facta, conf. Ord. Regim. Hal. *art.* 14. §. 2. *in med.* Sonſt iſt ſolche Vormundſchafft der Witwen-Vater oder Mutter oder aber derer Kinder näheſten Verwandten immittelſt aufzutragen/ & Ord. Polit. Ducat. Magdeb. *cap.* 43. §. 2. daferne ſie aber das 25ſte Jahr nicht erreichet/ ſol die Verwaltung der Vormundſchafft immittelſt und biß die Witwe das 25. Jahr zurück geleget/ derer Kinder näheſten Bluts-Freunden und Verwand-

*ex L. Halenſi locali præ avo, At ex L. provinciali demum poſt avum, tam paternum, quam maternum.*

*Si vidua adhuc minor 25. annis, interim alius tutor dandus.*

*nia* ſucceſſionis viduæ tam *nobilis* quam *ignobilis* mari-
ti

*Nec vidua ante tutrix, quam ſecundis nuptiis & SCto Vellej. renuntiavit.*

wandten von der Obrigkeit aufgetragen werden. Priusquam vero vidua confirmatur & tutelam ſuſcipere poteſt, oportet, vt cum auctoritate conſilio & informatione curatoris ad litem, ſine juramento tamen (v. Ord. polit. Duc. Magdeb. *cap. 43. §. 2.* ibi: zwar ohne förmlichen Eyd/ jedoch an Eydes-ſtatt/ add. auth. *Matri* it. Auth. *Sacrament. C. quando mulier off. tut.*) ſecundis nuptiis SCto Vellejano, & aliis ſingularibus juribus, toti feminarum ordini ſacris, renuntiet, v. Ord. Regim. *Hal. artic. 14. §. 8.* Es ſoll auch weder tutor teſtamentarius, noch legitimus, einiger adminiſtration oder Verwaltung ſich unterfangen/ ehe und bevor er/ oder dieſelbe/ von den Rathe darzu beſtätiget/ und ihnen die adminiſtration zuerkant und befohlen/ & Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 43. §. 10. pr.* Auch ſoll der Kinder Mutter und näheſte Anverwandten ſich keiner Adminiſtration in derer Unmündigen Güter unterſtehen/ ehe und bevor ſie von der Obrigkeit beſtätiget/ und ihnen die Adminiſtration anvertrauet worden/ porro Ord. Regim. *Hal. art. 14. §. 11.* a verb. Wenn nun eine leibliche Mutter zur Vormundſchafft ihrer Kinder verſtattet werden will: ſoll ſie vorhero cum curatoris auctoritate conſilio & informatione ſecundis nuptiis, Scto Vellejano und anderen weiblichen Gerechtigkeiten renunciren & Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 43. §. 2.* Jedoch/ daß die Witwe der anderweiten Verheürathung/ Scto Vellejano und anderen weiblichen Gerechtigkeiten/ ſowohl bey adelichen als bürgerlichen Perſonen/ gerichtlich renuncire ꝛc. Viduæ etiam aliquis *ex defuncti mariti conſanguineis*, eorumque nullo idoneo exſtante, *extraneus*, maxime *rei oeconomicæ peritus*, a judice ex officio adjungi debet, cujus conſilio & auxilio ipſa in cauſis gravioribus uti queat, v. Ord. Regim. Hal. *artic. 14. §. 11.* a verb. Es ſol ihr auch nichts-weniger jemand aus des verſtorbenen Mannes Freundſchafft/ oder ſonſt/ von Obrigkeits-wegen zugeordnet werden/ mit deſſen Rath oder derer näheren Freun-

*Admittere etiam debet contutorem,*

ti abſolvemus, in ſecundo autem de *ſingularibus* ſucceſſionis viduæ mariti *nobilis* diſpiciemus.

§. V. *Communium* igitur ſucceſſionis viduæ 1)

C

tam

Freunde Hülffe ſie in allen fürfallenden wichtigen Sachen handeln ſoll & Ordin. Polit. Ducat. Magdeb. *cap. 43. §. 2.* a verb. auch beym Antritt ihrer Vormundſchafft ihr **einer** oder **zwey**/ nachdem das Vermögen derer Kinder weitläufftig/ ſonderlich bey wichtigen Ritter-Gütern/ **aus des verſtorbenen Mannes Freundſchafft**/ oder/ da in derſelben keine tüchtige Leute zu finden/ **zweene andere Verſtändige**/ ſonderlich nach beſchaffenen Dingen **des Hausweſens kundige Perſonen**/ von der Obrigkeit als Curatores zugeordnet und beſtätiget werden/ welche nebſt der Witwe alles verwalten/ und dero Vermögen ſowohl als der Witwen dafür unterpfändlich hafften ſollen; Geſtalt alles dasjenige/ was die Witwe in des unmündigen Sachen vor ſich und ohne Zuziehung ſolcher Perſonen gehandelt/ vor null und nichtig zu achten iſt. Defuncto *ſalinas* relinquente, talis ſemper liberorum contutor una cum vidua matre tutrice adſumendus eſt, qualis rerum ad ſalinas ſpectantium optimam notitiam habet, ut viduam eo melius inſtruere poſſit, v. Ord. Regim. Hal. *art. 14. §. 11 in fine.* Wäre es auch/ daß der unmündige **Pfannwerckre**: ſo ſoll allemahl ein ſolcher Vormund adjungiret **werden**/ der des Pfannwercks erfahren iſt: ſicuti etiam defuncto bona *equeſtria* Ritter-Güter relinquente, ejus defuncti *fratres germani* aut *conſangvinei*, id petentes, præ aliis matris contutores veniunt eligendi, v. Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 43. §. 3.* wenn einer von Adel **Ritter-Güter** und auch **leibliche Brüder** oder **nur von einen Vater** hinter ſich verlaſſen würde: ſo wollen Wir dieſelbigen Brüder auf ihr Anſuchen nebſt der Mutter/ ſo lange ſie in Witwen-Stande verbleibet/ zu **Mit-Vormunden verordnen.**

V.) Apud **viduam**, quando integritate vitæ conſpicua eſt,

*1) de bonis def. mar. al-*

*Et quidem ſalinarum peritum, his-ce a defuncto relictis.*

*Bonis eque-ſtribus ex-tantibus, præ aliis def. mar. frater contutor ordinandus.*

*Ad viduam* liberi *ſpectat m.*

*lodialibus tantum re-*

tam *nobilis* quam *ignobilis* mariti caſus juxta nobis pro-
poſi-

*educatio liberorum. Quouſque duret?*

liberi *educandi* ſunt, & quidem *filiæ* uſque ad elocationem, ſive
mater denuo nubat, nec ne, ſed *filii* non, niſi ad 15 vel 16. annum,
ſi mater ad ſecunda vota tranſierit, modo vtroque caſu ſingularis
atque vrgens circumſtantia judici, cui cauſæ cognitio ſuper mo-
do educandi competit, aliud non ſuadeat, v. Ord. Reg. Hal. *art. 14.*
*§. 18. & 19.* wenn der Vater durch ſeinen letzten Willen ein anders
nicht verordnet/ und die Witwe ſich from und ehrbar gehalten/
und ihren Witwen-Stuhl nicht verrücken würde: ſo ſollen den-
noch nichts deſtoweniger die Töchter nach/ wie vor/ biß ſie ausge-
ſtattet/ deßgleichen auch die Söhne/ biß ſie das 15de oder 16de
Jahr ihres Alters erreichet/ bey der Mutter erzogen werden/ es
wäre denn/ daß aus ſonderbahren bewegenden Urſachen ein an-

*Quando vitrici bona liberis tacite ſint obligata?*

ders verordnet werden müſte. Quod ſi mater tutrix neque ra-
tionibus redditis, neque alio tutore petito, ad *ſecunda* vota trans-
eat, gaudent liberi tam in matris tutricis quam in vitrici bonis *hy-*
*potheca tacita*, vſque dum ipſis plene ſatisfactum eſt, v. Ord. Pro-
ceſs. Duc. Magdeb. *cap. 49. Claſſ. 3. §. 63.* wenn eine Mutter ihrer
unmündigen Kinder Vormünderin geweſen/ und wäre vor abge-
legter Rechnung/ ehe ſie ihre Kinder mit anderen Vormunden
verſehen/ zur andern Ehe geſchritten: ſo hafften ihres neuen Ehe-
mannes Güter ſowohl/ als ihre eigene/ denen Kindern zum ſtill-
ſchweigenden Unterpfande/ biß ſie ihre vollſtändige Zahlung

*Neceſſitas reddendarum ration. matri tutrici valide remittitur;*

erlanget. VI.) Neceſſitatem *reddendarum rationum* (quod, prou-
ti mox adparet, in caſu concurſus creditorum, facultates mariti
exhaurientis, ceſſat,) defunctus maritus *viduæ* cum effectu remit-
tere poteſt, v. Ord. Regim. Hal. *artic. 14. §. 32.* Von Ablegung
dieſer Rechnung ſoll niemand befreyet ſeyn/ wenn auch der **Vater**
denen Vormunden die Rechenſchafft zu thun erlaſſen hätte/ aus-
genommen in den Fall/ wenn ſolche Erlaſſung der **Mutter** geſche-
hen/ & Ord. Polit. Duc. Magd. *cap. 43. §. 38.* Es ſoll auch ein jegli-
cher Vormund die Rechenſchafft ſeiner Verwaltung zu thun
ſchul-

poſitum ordinem *primus* eſto, ſi defunctus maritus hic Halæ tantum bona *allodialia* (s) reliquit. Vbi *jus coquendi* (t) *cerevisiam* Halenſem, (u) a de-

*lictis. E quibus vidua jure præcipuo*

C 2

(kkk) Ceſſat *jus prælationis*, viduæ in mariti bonis allodialibus ratione illatorum competens, I) intuitu *judicialium & ad expeditionem proceſſus concurſus in vtilitatem omnium creditorum factarum expenſarum*, quibus accenſetur curatoris bonorum ſalarium ſive honorarium, v. Ord. Proceſſ. Duc. Magd. *cap. 49. §. 6. & 7.* II) reſpectu *creditorum, qui in prima claſſe ponuntur*, vt ſunt a) *venditores ob pretium non ſolutum*, reſervata ſibi ad ſolutionem vsque in re vendita hypotheca, eaque absque interveniente novatione retenta, quibus ex re vendita *præ omnibus*, conſequenterque etiam *præ vidua* ſolutio pretii reſidui facienda eſt, v. Ord. Proceſſ. Duc. Magd. *cap. 49. claſſ. 1. §. 3. & 4.* b) *creditores ob bona*, quæ ipſis prius, quam ad viduæ defunctum maritum debitorem pervenere, expreſſe ſive tacite obligata fuere, & hisce ex iisdem bonis præ aliis ſatisfieri debet §. *6. & 7. ibid.* c) *venditores rerum extantium*, qui fidem de pretio marito quidem habuerunt, ſed doloſe ab eo inducti ſunt, ſciente, ſe non amplius ſolvendo eſſe, ad quos res extantes revertuntur §. *8. ibid.* & Emend. Ordin. Proceſſ. §. *2. ibid.* d) Princeps *ob ſibi ſolvenda munera realia quæcunque.* Idem *ob penſiones pro rebus domanialibus locatis*, e) Magiſtratus *ob frumentum ſementarium*, debitori marito ſubdito creditum, v. Ord. Proceſſ. *d. l.* §. *14. & 19.* *ibid.*

*ibid.* & Emend. Ordin. §. *3. ibid.* f) Famuli, qui tempore mortis debitoris mariti adhuc in convictu ejus extitere, *ob reſiduam mercedem.* Quo etiam Profeſſores & Præceptores quicunque *ob honoraria* pertinent, v. Ord. Proceſſ. Duc. Magdeb. §. *9. 10.* & *11. ibid.* & Emend. Ordin. §. *4. ibid.* g) Impenſæ *funeris* debitoris, quo ſpectant etiam expenſæ, in curam ægroti debitoris *ultimo in morbo* factæ, v. Ord. Proceſſ. §. *12. & 13. ibid.* h) Magiſtratus inferior *ob quæcunque onera*, ſibi ex fundis defuncti mariti debitoris debita, item *ob annuos reditus*, *cenſus*, *ſortem retrovendibilem*, *decimas* &c. Ord. Proceſſ. §. *14. 15. 16. 17. 18. & 19. ibid.* & Emend. *Ord. ʃ. 5. ibid.* i) pecuniæ *hereditariæ*, v. Ord. Proceſſ. Duc. Magdeb. §. *20. & 21. ibid.* Ceſſat initio dictum *jus prælationis* III) quando vidua cum mariti creditoribus *avitis*, qui ſine novatione ſibi jus reale adquiſivere, ſive ob debita chirographaria ſeparationem bonorum, mediante inventario, aut jurata ſpecificatione, adepti ſunt, v. Ord. Proceſſ. Duc. Magd. *cap. 49. claſſ. 2. §. 24.* concurrit. IV) quando vidua cum ejusmodi creditoribus, qui ſibi expreſſa hypotheca *anteriori* proſpexere, vel *anteriorem* immiſſionem, vel *anterius* areſtum impetravere §. *23. ibid.* V) quandoque vidua cum *liberis prioris matrimonii*, qui bona materna petunt, ſuccedit §. *29. ibid.* VI) quando *vidua* communem cum marito aut propriam mercaturam, negotiationem, vel cauponam exercens, propriamque tabernam habens, debita *ſimul* contraxit §. *30. ibid.* VII) quando *vidua* convincitur, quod maritus *dolo* vel *culpa ejus* ad inopiam pervenerit, prouti præſumitur, ſi *ea* in bonis dilapidandis marito auxilium tulit, *ibid.* IIX) quando bona mariti abſentis per laxum temporis intervallum *male* adminiſtravit, *ibid.* IX) quando cum curatore in mariti debita *conſenſit*, & beneficio SCti Vellejani, Authenticæ *C. Si qua mulier*, privilegio dotis, donationis propter nuptias ac paraphernalium, prævia certioratione, *jurato* renuntiavit, v. Emend. Ord. Proceſſ. Duc. Magdeb. *cap. 49. claſſ. 2. ʃ. 1.*

*Vidua jus prælationis ad ſolos de-*

Amplius vidua *jus prælationis* ad *deſcendentes ſuos* in infinitum, non vero ad *adſcendentes*, aut *collaterales*, multo minus ad *extra-*

jure retentionis in mariti bonis allodialibus fruitur, atque ex iis juxta proportionem ſolorum illatorum pro arbitrio judicis ad eorum reſtitutionem vsque alenda venit.

*quid in gerada, conſtante matrimonio adquiſita obtineat?*

§. XI. Reſpectu *geradæ, conſtante matrimonio* ex operis ſuis œconomicis licet *adquiſitæ*, vidua in prædefuncti mariti bonis legali ſeu tacita hypotheca cum jure prælationis ex perſonali privilegio non pollet. Igitur neque vidua eatenus mariti creditores præcedit, niſi quatenus præ iis expreſſa mariti bonorum hypothe-

---

*ſcendentes ab inteſtato transmittit*, *extraneos* heredes teſtamentarios transmittit, quippe quibus jus tacitæ hypothecæ, ex prioritate temporis dijudicandum, ſufficere debet, v. Ord. Proceſſ. Duc. Magdeb. *cap. 49. claſſ. 2. §. 31.* Was aber obberührter maſſen denen Weibern ratione privilegii perſonalis zu Gute geordnet / deſſen haben auch in infinitum ihre Kinder / nicht aber Eltern oder Seitwarts-Anverwandte / vielweniger auswärtige Teſtaments-Erben zugenieſſen / ſondern es laſſen ſich dieſelben mit dem jure tacitæ hypothecæ in ihrer Ordnung vergnügen.

*per ceſſionem inter vivos ad omnes, modo viva adhuc uxore actio accepta fuerit.*

Uxor *jus tacitæ hypothecæ* alii, qui in ejus locum ſuccedat, illataque e bonis mariti repetat, *cedere* non prohibetur. Sed jus Prælationis per ceſſionem non aliter *vidua* in alium valide transfert, niſi ceſſionarius actionem directam ceſſam, *ea* adhuc *vivente*, nomine *ejusdem* inſtiterit, & lis *ſimul* conteſtata fuerit *§. 32. ibid.* Und ob es gleich mit denen Ceſſionariis, wenn Sie nicht bey des Weibes Leben directam actionem in ihren Nahmen angeſtellet und litis conteſtation darauf erhalten / einen gleichmäſſigen Verſtand hat / daß ſich dieſelben des privilegii perſonalis dotalis nicht zuerfreuen haben; ſo mag doch ſolche weibliche Gerechtigkeit quoad hypothecam tacitam wohl cedirt / transmittirt und in ſeiner Ordnung geſuchet werden.

(lll)

potheca ſibi proſpexit (lll).

§. XII. *Communium* (mmm) caſus *ſecundus* eſto, ſi de-

*II) de bonis def. mar. feudalibus tantum relictis.*



(lll) Ord. Proc. Duc. Magd. *cap. 49. claſſ. 2. §. 28.* ibi: In der Zeit-ſtehender Ehe erworbenen Gerade iſt eine Witwe denen Creditorn anderer geſtalt nicht vorzuziehen/ als ſoweit ſie vor denenſelben ausdrücklich verſichert.

*Textus de gerada, conſt. matr. adquiſita.*

(mmm) Vid. ſupra §§. IV. & V. Nos itaque intrepide adſerimus, quia *bona feudalia* Halæ (quo das Thaal-Guth oder Sohle oder Saltz-Brunnen-Waſſer und die Lehen-Kothe/ paucis exceptis, quæ hereditariæ ſunt, ſpectant,) non minus in *ignobilium* quam *nobilium* commercio ſunt, (v. Ord. Regim. Hal. *art. 48.* Von der Leibzucht infra in *lit. tttt.* add. Conſtit. Reg. *in pr.* infra *lit. mmmm,*) ſi defunctus maritus ſive *nobilis*, ſive *ignobilis*, poſt ſe ejusmodi bona reliquerit, tunc etiam viduam ſive *nobilem*, ſive *ignobilem*, ſucceſſionem *feudalem*, prouti in §§. ſeqv. explicatur, petere poſſe. Non obſtat, quod Dd. communiter *dotalitium*, in quo ſucceſſio feudalis præcipue conſiſtit, viduæ *nobili* conſtituendum eſſe ponant. Namque illius ratio eſt, quod *dotalitium ab inteſtato* tantum ex *feudo*, non ex *allodio*, niſi interveniente pacto, debeatur, feudaque nobiles *ſæpius* quam ignobiles relinquant. Ampliatur adſertio noſtra, quod etiam extra Halam viduæ ignobiles ſucceſſionis *feudalis* ſint capaces, quia, ceſſante hodie militia nobilium ſelecta, ignobiles æque ac nobiles feuda *nobilia* Rittergüter & *ignobilia* ſchlechte Lehngüter/ exceptis forſitan iis, quæ adhuc dignitatem *militarem* vel *aulicam* adnexam habent, adquirere, retinere, & in alium transferre queunt. Jure communi feudali Longobardico *de viduæ ſucceſſione feudali*, præſertim *dotalitii conſtitutione*, nihil diſpoſitum eſt teſte Köppen *deciſ. 39. n. 40.* Neque maritus vxori in *feudo*, etiam *femineo*, eaque *ſine herede* mortua ſuccedit, dum *poſteris*, ex ſangvine primi adquirentis oriundis, *feuda* intelliguntur conceſſa, quorſum *conjuges* minime referri poſſunt, v. Rittershuſ.

*Removetur dubium, ac ſi vidua nobilis tantum, non ignobilis, ſucceſſionis feudalis capax ſit.*

*In jure Longob. de ſucceſſ. viduæ ex feudali nihil diſpoſitum.*

part.

ſi defunctus maritus hic Halæ bona *feudalia* (nnn) tantum reliquit. Vbi inter viduam *dotatam* & *indotatam* ſequens diſcrimen intercedit.

*Conceptus viduæ indotatæ. Huic neceſſaria vitæ ſuſtentatio e feudo debetur.*

§. XIII. *Indotata* autem non ſolum (ooo) eſt ea, quæ nullam certam dotem prædefuncto marito promiſit (ppp) & realiter intulit, ſed etiam, quæ promiſſam & vivo marito non illatam dotem ne quidem eo mortuo intra ſex menſes, a die obitus mariti compu-

---

*part. feud. Lib. 1. cap. 16. qv. 20.*, niſi ſpeciali pacto in inveſtitura adjecto hoc fuit expreſſum, vt maritus vxori & viceverſa vxor marito ſuccedat, v. *1. f. 15. & 2. f. 13.* Sed *pactitia* ſucceſſio eſt alterius loci. Agimus jam de *legitima*, cujus controverſiæ non ex jure feudali communi, ſed ex conſvetudine & lege Halenſi, tam locali, quam provinciali, erunt decidendæ.

(nnn) Sive *propria*, ſive *impropria*. Excipimus feuda *hereditaria*, pro ſe & heredibus quibuscunque conceſſa, quoniam in iis conjuges ſibi perinde vt in aliis allodialibus ſuccedunt.

*Vbi inveniatur viduæ indotatæ conceptus?*

(ooo) Unus vxoris indotatæ conceptus, *quæ dotem vivo marito non intulit*, ſaltem expreſſus legitur in veteri Ord. Polit. Duc. Magdeb. ab eminent. & sereniſſ. principe *Auguſto* poſtul. Adminiſtr. &c., in comitialibus provincialibus Halæ die 6. Julii 1652. publicata, *cap. 25.* Von der Leibzucht. Ibi: Wenn aber die Witwe das Ehegeld bey Lebzeiten ihres Ehemannes würcklich nicht eingebracht. Alter igitur, *ſi vxor mortuo marito dotem intra ſemeſtre ſpatium inferre nequeat & nolit*, demum additus eſt in Ord. Polit. Elector. de Anno 1688. *cap. 8.* §. *39.* v. *lit. ſeqv. ppp.* a verb. Oder &c., cui §vo & præced. §vo 38. antecitatum caput 25. von der Leibzucht verbotenus, paucis interjectis, incluſum.

*Præjudicium de non promiſſa certa*

(ppp) Vid. Carpzov. *Lib. VI. Reſp. 56.*, vbi ſententia correctoria in ſupremo Adpellationum judicio Dresdæ lata firmat, *vivente marito dote nec* promiſſa *nec* conſtituta *poſt obitum ejus agna-*

putandos, inferre poteſt nec vult (qqq). *Poſteriori* quidem ſenſu textus (rrr) *ei* duntaxat neceſſariam

F 3 ſuſten-

*agnatos* ad dotalitii conſtitutionem *obligatos haud eſſe, quantumvis vidua* etiamnum *dotem inferre velit.* Atque ita quoque deciſum eſt Elect. Sax. Deciſ. *noviſſ. 55.* Add. Zobel in Gloſſa german. ad Spec. Sax. *Lib. 1. art. 21.* verb. Wird aber ein Mann *fol. 69.* ibi. *Matrimonium etiam dicitur ſine dote, quoniam mulier nubit ſine dotis mentione.* *dote, quæ nulla dos.*

(qqq) Poſt lapſum *ſex menſium* itaque viduæ dotem adhuc inferre licet, ſi 1) ſucceſſor feudalis *in mora accipiendi* fuerit, & ſic ipſe ſolutionem impediverit, 2) dos *ab alio* quam vxore debeatur, isque *alius*, etſi diligenter ab vxore de ſolutione dotis monitus fuerit, tamen promiſſis ante elapſum ſemeſtre ſpatium non ſteterit, 3) ſucceſſor feudalis viduam, cui ignorantia juris prodeſt, *nunquam* vel *nimis paulo ante* elapſum ſemeſtre ſpatium *interpellaverit*, 4) idem *longius* quam *ſex menſium intervallum* viduæ indulſerit. His enim caſibus de vidua *conjunctim* dici nequit, *ſimul* eam nec *potuiſſe* nec *voluiſſe*, vt dos juſto tempore eſſet illata. Conſequenterque iisdem caſibus vidua vxoris *dotatæ* juribus adhuc fruetur, v. §. XIV. ſeqv. *Quando viduæ dotem poſt 6. menſes inferre liceat?*

(rrr) Elector. Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 8. §. 39.* Wenn aber die Witwe das verſprochene (vox verſprochene non extat in veteri Ordinat. *cap. 25. vid. lit. præced. m m m.*) Ehegeld bey Lebzeiten ihres Ehe-mannes würcklich nicht eingebracht/oder binnen 6. Monathen nach des Ehemannes Tode nicht einbringen könte noch wolte/ ſo ſol ihr nothdürfftiger Unterhalt/ ſo lange ſie in Witwen-Stande ehrlich lebet/ aus denen Gütern auf ihr Leben ausgemacht werden. Nec clauſula: So lange ſie in Witwen-Stande ehrlich lebet: in veteri Ordinat. *d. l.* invenitur. Quod ergo originem debeat doctrinæ juris Juſtinianei communiter recepti, (juxta quam neceſſitas filiam alendi & dotandi, prouti Dd. colligunt ex *l. 5. §. 11. ff. de agnoſc. & alend. liber.*, vbi vide *Textus de alimentis vid. indot.*

ſuſtentationem (sss) ad dies vitæ (ttt) ex feudo adſignat.

---

vide Gothofredum *in not.*, ſimiliter ceſſat, ſi ea *vitam luxurioſam* elegerit,) præſumendum eſt.

*A quo & quomodo Suſtentationis modus ac quantitas determinetur?*

(sss) *Modum & quantitatem ſuſtentationis annuæ* decernit judex feudalis, ſi ea propter vidua cum ſucceſſore feudali diſſentiat. Judex autem in decernendo, præter ſtatum & dignitatem viduæ, ante oculos habere debet & *valorem feudi*, deducto ære alieno, & *quantum dotis*, filiabus extantibus e feudo præſtandum, & *numerum feudi ſucceſſorum* &c. Confer. in ſimili vetus Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 26.* Von Ausſtattung derer Töchter aus denen Lehngütern & nova Elect. Ord. *cap. 8.* §. *36.* Sed quid, ſi vidua, *etſi indotata*, aliunde tamen jam ſit vel adhuc fiat *dives*? Quum vidua abſque alimentis e feudo præſtandis *honeſte* ſe exhibere poteſt: nobis juxta attentam communem alimentorum doctrinam argumento verborum §. *39.* in *cap. 8.* Elect. Ord. polit. Duc. Magdeb.: nicht einbringen könte; haud iniquum videri deberet, quod tunc illorum præſtatione feudum *plane non* eſſet gravandum, niſi contrarium ſvaderet fortius argumentum, deſumtum a ſimili, puta neceſſaria ſuſtentatione, *filiabus* vsque ad dotationem e feudo deficiente allodio præſtanda, etiamſi filiæ *bona aliunde adquiſita* habeant, vid. Elect. Ord. Polit. *cap. 8. d.* §. *36.* ibi: Ob ſie (die Töchter) gleich anders⸗woher bemittelt wären/ quæ clauſula in vet. Ord. *cap. 26.* Von Ausſtattung derer Töchter aus denen Lehngüthern (quod *caput* in *cit.* §. *36. cap. 8.* Elect. Ord. polit. translatum eſt,) iterum non deprehenditur.

*an terminus alimentorum ad vitam abbreviari poſſit?*

(ttt) Dum *communia* alimentorum principia ſequi placet judici, abbreviare poteſt & hunc terminum, cavendo ſucceſſoribus feudalibus ita, vt viduæ alimenta *ad tempus mortis vsque* continuanda ſint, niſi ei *intra illud* v. g. *opima hereditas* deferatur. Quamvis judici inferiori ob verba textus expreſſa: auf ihr Leben; (*v. lit. rrr.*) indeque metuendas vexas judicis illegalis, aut ſuſpe-

ſignat, qua tamdiu (uuu) fruatur, quamdiu in viduitate & ſimul caſte (vvv)

vivit

ſuſpecti, conſultius ſit, ejusmodi procedendi modum declinare, quam eligere.

(uuu) Quod ita reſtringendum eſſe putamus, vt viduæ, poſtquam *inhoneſtam vitam* elegit, non amplius debeantur alimenta *civilia*, ſcilicet *pro ſtatu & ipſius dignitate*, eidem tamen *naturalia* remaneant, quibus ex neceſſitate *ad qualemqualem vitæ ſuſtentationem* indiget; idque eo magis, quo magis *modum amittendi alimenta propter inhoneſtatem* juris Juſtinianei eſſe, certe ex interpretum opinione in Elect. Ord. polit. Duc. Magd. *cap. 8. §. 39.* locum ſibi vindicaſſe adpareat ex *lit. rrr.*, iidemque interpretes *noſtram diſtinctionem ac reſtrictionem* adhibeant & adprobent.

*Viduæ indotatæ, inhoneſtam vitam eligenti, alimenta naturalia ſalva manent;*

(vvv) v. Ord. polit. Duc. Magdeb. *cap. 8. §. 39.* ibi. ehrlich. Ad vitam viduæ *non caſtam* refertur, ſi ea *ſtuprum* vel *adulterium* poſt mortem mariti committit, conf. Berlich. *P. IV. concluſ. 31.*, vnde ipſius vitæ genus caſtum facile dijudicari poteſt. Communiter alias & *major* requiritur & *praxi facilior* æſtimatur honeſtas in *vidua* quam in *virgine*. Hinc *vidua* vitiata jure Lubecenſi prima vice carcere & carena quatuordecim dierum plectitur, v. Jus Lubecenſe *Lib. 4. tit. 5. art. 3. & 4.* & Mevius *ibid*; at *virgo* primum ſtuprum paſſa non punitur. Hinc etiam in jure Juſtinianeo pro communi recepto talis conditio, qualis *viduæ* viduitatem injungit, pro *poſſibili* habetur *tot. tit. Cod. de Indict. viduit.*, cum e contrario eadem, quæ virgini cœlibatum indicit, *impoſſibilis* dicatur l. *64. §. 1. ff. de Condit. & demonſtrat.* Nobis tamen, quod ad alterum juris Juſtinianei exemplum attinet, æquius videtur, conditionem tam *virgini* quam *viduæ* impoſitam pro *impoſſibili* reputare, & titulum *Cod. de ind. viduit.* vel ad viduam *vetulam ſatiatamque* reſtringere, vel *ſimpliciter* acceptum apud nos *inter non receptos* referre, donec vſus probetur, quia extra matrimonium caſte vivere

*Licet in vidua major & facilior caſtitas, quam in virgine;*

*Neutra tamen præ altera caſtitatem propriis viribus ſervare poteſt.*

vivit (xxx). Idem tamen argumento textus in vidua *indo-*

---

vivere non in viribus hominum poſitum eſt, ſed tanquam ſingulare Dei donum merito laudatur, &, ſi comparative loqui volumus, viduæ, quippe quæ matrimonii delicias guſtavit, major *ſecundarum* nuptiarum cupido eſt, quam *virginis* innocentis *primarum* extrito: ignoti nulla vel certe non tanta cupido, quanta noti. Ita etiam vidua, non obſtante *ſecundarum nuptiarum* renuntiatione, coram *Deo* vrgente marito, licet in agone conſtituto, aut coram *judice* ob confirmandam ſuſceptam liberorum tutelam facta, ad *eas* tranſire non prohibetur, v. Ord. polit. Duc. Magdeb. *cap. 43. §. 5.* ibi. Oder ſie (die Mutter) verheyrathete ſich nach übernommener Vormundſchafft anderweit / welches ihr gegen Niederlegung der Vormundſchafft **der Verzicht ohnerachtet** allzeit frey bleibet / & *cap. 37. §. 41.* ibi. Einer Witwen aber / ob ſie gleich ihrem **Ehe-Manne** vor ſeinen erfolgten Tode verſprochen / ſich nicht wiederum zu verheyrathen / ſondern in den Witwen-Stande zuverharren / ſol / wenn ſie mit guten Gewiſſen unverehliget nicht bleiben kan / in den heiligen Ehe-Stand hinwiederum zutreten verſtattet und nachgelaſſen ſeyn. Denn ob zwar ſonſten ingemein alle chriſtliche ehrliche und in der Vernunfft beſtehende GOtt geſchehene Gelübde und dem Menſchen gethanes Verſprechen und Zuſagen billig geleiſtet und gehalten werden. Dieweil aber auſſer der Ehe mit unverlezten reinen Gewiſſen zu leben **in keines Menſchen Macht und Gewalt** beruhet / ſondern **vor eine ſonderbahre Gnade und Gabe Gottes** unzweiffentlich zuhalten / ſo kan auch ſolcher Witwen gethane Zuſage nach ihres Mannes Tode in ihren Gewiſſen ſie um deſto vielweniger verbinden / weil ſolche Rede nicht allein unbedachtſam / ſondern auch darum unchriſtlich / weil ſie dem heiligen von Gott ſelbſt eingeſetzten Eheſtande gerade zuwiederläufft Add. Ord. Eccl. *cap. 10. §. 9.* ibi. und ſollen die Witfrauen / als denen ſich wieder zu verehlichen unverbothen &c.

*Ratio dupli-* (xxx) Quæritur, cur terminus alimentorum & ad viduitatem

*indotata* ſenſu *priori* obtinere, exiſtimamus, quia nulla conſtans ratio diverſa inter certam dotem, neque promiſſam, neque illatam, & inter promiſſam quidem, non vero illatam, dari poteſt.

§. XIV. *Dotata (yyy)* uxor contra (zzz) dicitur, tum, quæ promiſſam certam dotem (aaaa) vivo ma- *Significatus dotatæ,*

G

tatem & ad dies vitæ vſque *ſimul* reſtrictus ſit, (v. *lit. rrr.*) cum indubitanter ille ad viduitatem alterum ad dies vitæ jam ſub ſe comprehendat? Reſpondetur; *in veteri ord.* terminum ad dies vitæ ſaltem expreſſum legi, & ſic probabiliter poſt ejus publicationem caſum extitiſſe, vbi vidua, licet binuba, tamen ſibi alimenta e feudo continuanda prætenderit, at in favorem ſucceſſorum feudalium ita deciſum fuiſſe, vt hi, poſtquam vidua ad ſecunda vota transierit, onere alendi ſoluti eſſe deberent. Qui caſus, ne *in nova ordinat.* indeciſus relinqueretur, ejus capiti *8. §. 39.* clauſula: ſo lange ſie (die Witwe) in Witwen-Stande lebet / adjecta fuit, ſed neſcimus, ex qua cauſa, certe minus accurate, terminus *ad dies vitæ* (auf ihr Leben) deinde omittendus non omiſſus, forte, quia ſuperflua non nocere crediderunt. Quapropter nunc duplicem iſtum terminum ita intueri oportet, vt quidem fundi ratio habeatur, vnde vidua indotata *ad dies vitæ* alimenta capere valeat: ea tamen alimenta tum deberi *deſinant*, cum vidua *ad ſecunda vota transierit*, aut *in viduitate non caſte vivere cœperit*, vid. *lit. vvv.* *cis termini alimentorum, ejusdemque contemplatio.*

(yyy) Quo pertinent in ord. polit. Duc. Magdeb. *cap. 8. §. 38.* verba: jedoch / da des Weibes Mitgifft würcklich einbracht / & in §. 39 verba: und in Fall ſie (die Witwe) binnen halbjähriger Friſt nach Abſterben ihres Ehemannes das Ehegeld erlegen wird. *Textus de ſignif. vid. dot.*

(zzz) *Dotata* & *indotata* mulier ſibi invicem opponuntur *in l. 78. §. 2. ff. de Jure Dot.*

(aaaa) Propter bona *paraphernalia* dotalitium nequaquam con- *Ob para-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0061-8

*cui, ſi dotalitium vrgere quam dotem recipere ma-*

marito intulit, tum, quæ dotem nondum illatam poſt mariti mortem intra ſemeſtre ſpatium cum vſuris (bbbb) adhuc inferendam offert. Cui vtroque ſenſu, ſi malit (cccc) dotalitium petere, quam do-

---

*phernalia dotalitium non conſtituitur.*

conſtituendum, neque *hæc* a ſucceſſore feudali reſtituuntur, donec rite ac legitime vidua probaverit, quod in vtilitatem feudi revera *verſa* fuerint, conf. Carpzov. *tract. de oner. feud. deciſ. 4. poſit. 4. & deciſ. 59.*

*Dos cum vſuris inferenda.*

(bbbb) De *vſuris* lex localis & provincialis equidem ſilent. Quia tamen *mora* inducit obligationem ſolvendarum *vſurarum*, & *dotis vſuras* maritus ob *onera* matrimonii, ad *quæ* ſuſtinenda *dos* datur, percipit, neque adeo ipſe hosce fructus *in dubio* vxori donare, ſuumque heredem nimis gravare voluiſſe cenſendus eſt, neque vxor *moroſa* favorem meretur, hinc recurrimus & ad generalem conſuetudinem, & ad communem Dd. opinionem, *vſuras ſimul inferendas eſſe*, unanimiter adſerentium, v. Struvius in ſynt. jur. feud. *cap. 14. aph. 10. n. 4.* ibique cit. Dd.

*Cui heredi vſuræ ſolvendæ?*

Sed quid ſi *diverſus* heres feudalis & allodialis, quæritur, cui ex *duobus* dotis nondum illatæ, vel penes tertium fœnori collocatæ, *vſuræ* ſint ſolvendæ? Putamus heredi *allodiali*, non *feudali*. Quum igitur feudalis tantum vſuras vrget, viduam exceptione: *tua non intereſt*: audiri, æquiſſimum eſt.

*Vidua electione, dotalitium petendi, aut dotem repetendi, excidit, alterutro acceptato.*

(cccc) Etenim *in arbitrio viduæ* poſitum eſt, vtrum *dotalitium petere* aut *dotem recipere* malit. Voluntatem autem ſemel declaratam ea mutare nequit, quod Dd. reſtringunt, modo alterutrum etiam *realiter* adprehenderit. Igitur vidua, dum dotem *realiter ac ſcienter* etiam recepit, juri *dotalitium petendi* & vice verſa, dum *dotalitium* agnovit, juri *dotem* repetendi *tacite* renunciaſſe creditur. Objicis, ſi 1) dotalitium in *quadruplicatis dotis vſuris* conſiſtit, ejusque loco 2) ſucceſſor feudalis viduæ non *majus* nec *minus quid ſorte dotis duplicata* reddere debet, viduam *ſemper* dotalitii conſtitutionem, *nunquam* dotis reſtitutionem, poſtulaturam

*Objectiones de nunquam repetenda dote removentur.*

turam

dotem recipere, aut dotalitium (dddd), aut reſtitutio

*lit, illud,*



(eeee) *aut dos in-*

turam eſſe. Reſpondemus quoad 1), viduæ varias ob cauſas v. g. ſenectutis, adverſæ valetudinis, &c. mortem *proxime futuram* verenti, *reſtitutionem ſortis dotis* vel decies præſtare *conſtitutione dotalitii*, quia *hoc* perinde ac vſus fructus *cum vita ejus* finem accipit, Sächſ. Land-R. *art. 32. libr. 1.* ibi: Es mag auch kein Weib ihre Leibzucht zu eigen behalten/ noch ihre Erben nach ihren Tode/ dieweil man gezeugen mag/ daß es ihr allein zu ihren Leib gegeben war ꝛc; de *dote* autem vidua tum *inter vivos*, tum *mortis cauſa*, libere diſponere poteſt: quoad 2), minime dotalitii aut dotis in duplo *petitum* viduæ *liberum*, ſed in ſucceſſoris feudalis *electione* ſitum eſſe, vtrum ei *dotalitium conſtituere*, an *dotem* cum donatione propter nuptias *doti æquali reddere*, ſibi magis proficuum exiſtimet. Ceterum vidua, *dotalitium*, vel *dotem in ſimplo*, eligens, *ſibi* imputet, ſi ipſa, ſive heres, exinde aliquod damnum ſentiat, vel potius idem *fato* & *incertitudini eventus* adſcribatur. Quapropter Hartm. Piſtoris *L. 1. quæſt. 4. n. 24. Non ſolum*, inquit, *in electione ejus* (viduæ) *eſt, vtrum dotem repetere, an vero dotalitio contenta eſſe velit, vt jam diximus, vt proinde ſibi merito acceptum ferre debeat, quando incommodum aliquod ad ipſam ſive heredes ejus redit, ſed inſuper etiam id omne a futuro & incerto dependet eventu. Nam cum mulieri dotalitii nomine tam magnæ ſint ſingulis annis ſolvendæ penſiones: facile ſane contingere poſſet, vt mulier diu ſuperſtes ex penſionibus annuis longe majorem quantitatem, quamſi dotem repetiiſſet, lucraretur. Non igitur ægre ferre debet vel ipſa, vel heres ejus, ſi citius fato functa minus dote perciperet mulier.*

(dddd) Non obſtat, dotalitium *explicite* non reperiri inter *debita feudalia*, in Ord. polit. Duc. Magdeb. *cap. 8. §. 28.* nominatim deſignata. Sicuti enim *d. l. p. 52. n. 5. & p. 54. n. 2.* tam reſtitutio illatæ & in feudi vtilitatem verſæ dotis, quam *n. 8.* doti æqualis donatio propter nuptias pro *debito feudali* declaratur, ac dotalitium, duplicatas dotis & donationis propter nuptias vſuras

*Dotalitium, etſi non explicite, tamen implicite inter debita feudalia computatur.*

*duplo præſtari.* (eeee) dotis

(ffff)

---

vſuras continens, non, niſi in vtriusque compenſationem, conſtituitur, nec non omne ſubrogatum ſapit naturam ejus, cui ſubrogatur: ita ſufficit, quod dotalitium ibidem inter *debita feudalia* locum ſibi vindicet *implicite*, idque eo magis, quo magis per ſucceſſorem feudalem ſtet, vtrum viduæ dotem vna cum donatione propter nuptias doti æquali reddere, an dotalitium conſtituere malit, ſibique ideo iſte tribuat, neceſſe eſt, ſi commodum ſive incommodum ex electione ſentiat.

*Textus & præjudicia de reſtitutione dotis in duplo.*

(eeee) Quoniam in præſenti *de ſucceſſione ab inteſtato* & conſequenter *de dotalitio nondum conſtituto* agimus, penes *filios* autem eadem obligatio eſt ad dotalitium, ſi a patre nondum conſtitutum, quæ apud *ſimultanee inveſtitos* exiſtit, ſi dotalitium a defuncto vaſallo quidem conſtitutum, at absque conſenſu eorum: Ideo pro ſubſtrata materia ad *filios* ſine torſione trahi etiam poſſunt verba vltima Ord. polit. Duc. Magdeb. *cap. 8. §. 38. in fin.* ſo ſol denen mit-Belehnten/ welche darein nicht gewilliget/ frey ſtehen/ ob ſie der Witwen das Leibgedinge/ wie der verſtorbene ſich verpflichtet/ conſtituiren/ oder ihren eingebrachten dotem wieder und noch eines ſo viel herausgeben wollen. Accedit communis Dd. conſenſus, hoc in caſu ſucceſſori feudali electionem dotalitii aut reſtitutionis dotis in duplo tribuentium, & generalem conſuetudinem ac longiſſimum vſum adſeverantium. Ita Hartm. Piſtoris *L. 1. quæſt. 4. n. 28. & 29. Denique ſciendum, quod etſi dotalitium plerumque eo, quo diximus, modo conſtitui ſoleat. Si tamen illud nec dum conſtitutum fuerit, tum integrum eſt heredibus, vtrum dotalitium ita conſtituere, an vero dotem illatam mulieri reddere, & totidem ratione donationis propter nuptias addere malint, juxta regulam auth. æqualitas C. de pact. convent. Sic etiam, quando dotalitium conſtitutum eſt ſine conſenſu ſucceſſorum feudi, penes hosce ſitum eſt, vtrum horum eligere velint; & ſiquidem dotem reddere ac totidem ratione donationis propter nuptias*

*addere*

(ffff) in du- debet.

G 3 plo

*addere maluerint, tunc penſiones annuas ſolvere non tenebuntur, dos tamen ipſa & donatio propter nuptias hoc caſu pleno jure ad mulierem pertinebit, vt teſtatur Collegium Juridicum Lipſienſe in reſponſo ſubjecto, idque plerumque tum contingit, quando conjectura eſt, viduas propter juvenilem ætatem poſſe vivaciores eſſe. Nam hoc caſu penſiones illæ, quæ dotalitii nomine perſolvi ſolent, ſortem ipſam temporis progreſſu facile in non exigua quantitate ſuperare poſſent, ideo heredes, quando de dotalitio aliud non fuit conventum, potius dotem ipſam cum donatione propter nuptias quam penſiones illas annuas perſolvere ſolent.* Sicque Collegium Juridicum Lipſienſe apud H. Piſtoris *d. l. n. 34. p. 58.* Darauff ſind die Lehns-Erben ſchuldig / ſie zu beleibdingen demſelbigen gemäß / wie oben gemeldt / oder ihr das eingebrachte Lehn-Geld und noch ſo viel darzu wieder zu geben. Iſt nun die Frau albereit beleibdinget/ſo hilfft ſie doch ihr nicht-bewilligen in nichts/ denn daß in ihren Willkühr ſtünde/ der Frauen das Leibgeding zuhalten/ oder/ da es ihnen auf denen Gütern/ daraus ſie beleibdinget iſt/ nicht gelegen wäre/daß ſie die Frauen auf anderen ihres verſtorbenen Mannes und ſolchen Gütern/ die der Frauen gleichwohl nicht ungelegen/verleibdingen/oder aber ja ihren eingebrachten Braut-Schatz wieder geben müſten und noch ſo viel darzu.

*Quum donatio pr. nupt. poſt viduæ mortem recidit: doti non omnino æqualis eſſe debet.*

(ffff) Et quidem *pleno jure*, vid. Hartm. Piſtoris *Lib. 1. quæſt. 4. n. 28. in med.* Quum igitur e contrario donatio propter nuptias conſentienti viduæ a ſucceſſore feudali non *pleno jure* ſed ita detur, vt ea *poſt viduæ mortem* recidere atque in feudo permanere debeat: tum inter dotem & donationem propter nuptias *æqualitas* illa, cujus in *lit. rrrr.* mentionem fecimus, non omnino ſervari jubetur, ſed *major dote* donatio propter nuptias conſtitui poteſt, vt ſenſus eſt Ord. polit. Duc. Magdeb. *in cap. 38. §. 4. in fin.* Da aber das Gegenvermächtniß durch den Todes-Fall in Mangel derer Kinder zurück-fiele / und in denen Gütern bliebe/ mag das dotalitium (ita quandoque appellatur donatio

pro-

plo (gggg) a ſucceſſore feudali (hhhh) quocunque

---

propter nuptias, v. H. Piſtoris Lib. 1. *qv. 4. pr.*) wohl höher geſetzet werden.

*Sub dote in duplo intelligitur dos & donatio pr. nupt.*

(gggg) *Totidem*, quod vna cum dote ſucceſſor feudalis in caſu, ſi in dotalitium non inclinet, *viduæ* reddere debet, *eidem* loco *donationis propter nuptias* reddi, exiſtimant omnes interpretes, vid. Hartm. Piſtoris *L. 1. quæſt. 4. n. 1. & 28.* Carpzov. *P. II. conſt. 44. def. 7.* Struvius in *Synt. jur. feud. cap. 14. aph. 15. n. 5.* Pariter ordinatio politica Duc. Magd. *cap. 8. §. 38. in fine* ſub: Noch eins ſo viel: donationem propter nuptias intelligere, præſumitur ex *cap. 38. §. 4. ibi*: Und weil das Gegen-Vermächtniß bey vielen offtmahls mehr als noch eins ſo hoch geſetzet/ und dadurch die Güter mercklich beſchweret werden: ſo ſollen hinführo die gemeine beſchriebene Rechte hierinnen beobachtet werden/ und zwar bey einer ſolchen Straffe/ ſo hoch das Gegen-Vermächtniß das duplum überſchreitet/ & ex *cap. cit. 8. ʃ. 28. n. 8.* Doch daß das Gegenvermächtniß die in dieſer Ordnung beſtimte Quantität nicht überſchreite. add. avth. *æqualitas C. de pact. convent. tam ſup. dote quam ſup. donat. ante nupt.* & *Nov. 97. cap. 1.*

*Ordo ſucceſſ. feud. duplex, 1) deſcendentium, & 2) ſimultanee inveſtitorum. Hi admittuntur omnes ſimul,*

(hhhh) In bonis feudalibus hic Halæ & in Ducat. Magd. *ordo ſuccedentium* eſt *duplex*. Primo vocantur *deſcendentes maſculi*, a primo adquirente orti, qui ſuccedunt ibi *jure repræſentationis* in infinitum, vbi ceſſat *jus primogenituræ* & *ſenioratus*, niſi inhabiles ſint, v. g. qui patrem nobilem & matrem ruſtici aut opificis filiam habuerunt, v. infra *lit. qqqq.*, deinde admittuntur *ſimultanee inveſtiti*. Adſcendentes & collaterales non ſuccedunt, niſi ſint in numero *ſimultanee inveſtitorum*. Hi autem, dummodo ſimultaneam inveſtituram omni caſu renovarunt, wenn ſie der geſamten Hand gebührende Folge geleiſtet/ *omnes* ſimul admittuntur, licet gradu ſint remotiores Ord. Polit. Duc. Magdeb. *cap. 44. §. 31.* ibi: In unſern Hertzogthum Magdeburg ſuccediren alle mit-Belehnte Krafft ſolcher Belehnung ohne Unterſcheid der

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248559-p0066-6

der Sippſchafft und näheren Verwandtniß. Secus eſt, ſi ſimultanea inveſtitura cum clauſula: *ſecundum gradus prærogativam*, nach rechter Sippzahl: conceſſa, vel pacto aliud proviſum, vel contrarium conſvetudine introductum ſit, *ibid.* Wenn bey Lehngütern die mit-Belehnſchafft nicht nach rechter Sippzahl ertheilet/ oder in Lehnbrieffen der Succeſſion halber keine gewiſſe Verſehung geſchehen/oder ſonſt deswegen richtige Vergleichung vorhanden/ oder bey einigen Familien über rechts-verjährte Zeit ein anders hergebracht. Wo es allerdings darbey verbleiben ſol. Quum igitur dicta clauſula: nach rechter Sippzahl: literis ſimultaneæ inveſtituræ addita eſt: equidem in feudis *novis*, ſeu noviter adquiſitis, novi adquirentis *collaterales*, quando ſunt *ſimultanee inveſtiti*, ſuccedunt ſecundum ſolam *gradus* proximitatem, ſine diſtinctione *linearum* ibid. §. 32. Wenn aber dem Lehn-Brieff die Clauſul: Nach rechter Sippzahl: einverleibet iſt/ ſuccediren die Lehnsfolger in denen neu-erkaufften Lehnen ohne Unterſcheid derer Linien. V.g. defuncti noviter adquirentis *patruelis* (Vaters-Bruders-Sohn) & *fratris nepos* (Bruders-Enckel) ſunt in *eodem* gradu, ergo *æqualiter* ſuccedunt. At in feudis *antiquis* præferuntur ex collateralibus ſimultanee inveſtitis ii, qui a primi adquirentis deſcendente, defunctoque vaſallo, vltimo feudi poſſeſſore linea ſunt *proximiores*, §. 33. *ibidem*: In alt-väterlichen Lehnen aber ſuccediren vor andern die/ welche demjenigen (durch den letzt-verſtorbenen) zum näheſten angeſtammet/ der das Lehn erworben/ ſive habetur reſpectus *linearum* ita, vt orti ex *prima* linea ortos ex *ſecunda* linea, orti ex *ſecunda* eos ex *tertia* &c. tamdiu excludant, quamdiu aliquis in *proximiori* linea ſuperſtes eſt. *Proximiorem* autem lineam faciunt, qui ſtipitem communem, a primo adquirente deſcendentem, a defuncto vaſallo proximiorem habent. Ita defuncti vaſalli *fratris nepos*, in *prima* linea conſtitutus, excludit defuncti vaſalli *patrui filium*, ſive *patruelem*, qui in *ſecunda* linea exiſtit, ac hic excludit def. vaſ. *propatruum*, in linea *tertia* locum occupantem, quamvis ſinguli tres ſint in vno eodemque gradu conſtituti, *Ibidem*; Dergeſtalt/ daß die

*niſi adſit clauſula:* Nach rechter Sippzahl.

que (iiii), imo ab ipſo domino di-

recto

---

die/ ſo aus der erſten Linie entſproſſen / die andere/ und dieſe die dritte / bis eine derer Linien gantz ausgeſtorben/ ausſchlieſſet. In *nulla* demum linea jus repræſentationis extenditur *vltra fratris filios*, & *fratris nepos* excludit *pronepotem* &c. *Ibid.* Zu jeder Linea aber wird die nähere Anverwandtniß nach der in Käyſerlichen Rechten verordneten Sippzahl/ wenn nicht ein anders beſtändig hergebracht/ oder verglichen/ billig beobachtet.

*De præſentatione ſimultanee inveſtitorum.* Obſerva de *ſimultanee inveſtitis*, quod *hi* ab omnibus, qui feuda noviter adquirunt, *intra anni ſpatium* præſentari poſſint. Præſentati autem *ante lapſum anni & diei* a tempore factæ præſentationis *ſub pœna præcluſi* ſimultaneam inveſtituram petere tenentur, conf. Conſtit. Regia de dato Colon. ad Spream d. 24. Apr. 1700. Was diejenigen anlanget/ ſo neue Lehngüter adquiriren/ ſo ſol ihnen zwar nachgelaſſen ſeyn/ Mitbelehnte jedoch præciſe binnen Jahres-Friſt und länger nicht vorzuſchlagen/ und unſere gnädigſte Confirmation darüber zugewarten/ jedoch/ daß nach Erhaltung derſelbigen die neue mit-Belehnte von Zeit der beſchehenen præſentation auch binnen Jahr und Tag/ wie gewöhnlich/ mit würcklicher Empfahung ſolcher geſamten Hand der Lehn folge leiſten/ in Verbleibung aber deſſen weiter nicht admittiret werden ſollen.

*Præjudicia, quod dotalitium debeatur & a filiis, & a ſimultanee inveſtitis,* (iiii) *Conf. Hartm. Piſtoris Lib. 1. quæſt. 4. n. 2. & 3. Atque hoc etiam*, inquiens, *obſervatur, quando vivente marito nihil de dotalitio conventum eſt, nam & tum nihilominus heredes mariti dotalitium iſtud conſtituere tenentur, quantumvis de jure communi donatio propter nuptias, niſi conſtituta aut promiſſa fuerit, non debeatur, vt ſentit Gloſſa in fine in Avth. Dos data C. de Donat. ante nupt., quam ſeqvuntur Dd. ibi & Angelus in Avth. de æqualit. Dotis n. 3. & Matth. de Afflict. in conſtit. Neapolit. L. III. rubr. 13. incip. licentiam n. 4 Eſt enim juri communi conſvetudine in hoc derogatum vsque adeo, vt etiam agnatis & domino feudi, quoties*

*ad ipſos*

recto (kkkk), ſi illi feudum obvenit, debetur.

§. XV. Vt vero dotalitium conſtituatur, aut dos in duplo reſtituatur, requiritur *dotis illatæ probatio* (llll), ac ſufficere (mmmm) debet ideo, quia dos, pro- *Ad dotalitium, aut reſtitutionem dotis in duplo, ſufficit dotis illatæ probatio.*

H

*ad ipſos feudum pervenit, onus hoc dotalitii conſtituendi non ſolum tum, quando id prius promiſſum fuit, ſed & tum*, quando de eo nihil fuit conventum, *incumbat, prout recte adſerit* Hieronymus Schurff. *in d. conſil. 51.* Rotſchitz & D. Schneidewin *in loc. ſuprad.* & Collegium Juridicum Lipſienſe *in reſponſo ſubjecto; & de heredibus idem docuit* D. Weſembec. *in conſ. 26. n. 27.*

(kkkk) V. Schultz *Syn. J. F. c. 8. n. 216.* & D. Mühlpfort *caut. Jur. Feud. VII. lit. a.* *& a domino directo.*

(llll) Quæcunque ſupra *lit. fff.* de modo probandi *illata* ratione bonorum *allodialium* attulimus, illa etiam intuitu bonorum *feudalium* applicari poſſunt. Nota probe, *ſimultanee inveſtitos* æquiparari *creditoribus*, & ſic contra illos, *feudi* heredes exiſtentes, ſolam mariti confeſsionem non ſufficere, niſi ſimul *allodii* heredes ſint. Vid. Hartm. Piſtoris *L. 1. quæſt. 4. n. 16. p. 47. in fin. Nam quando cum heredibus res eſt, nihil ſane attinet, anxie verſionem conſiderare, cum hi etiam ſine ea, quin imo, nulla etiam dote illata, factum defuncti præſtare teneantur.* *Creditoribus æquiparantur ſimultanee inveſtiti.*

(mmmm) Sermo nobis eſt in §vo de ſola quæſtione *an?* Saneque dotis illatione *probata*, alterutrum aut *dotalitium*, aut *dos in duplo*, viduæ debetur, ſive *illud* per *conventionem mariti* fuerit conſtitutum, *nec ne.* Parum obſtat, 1) quod in ſede materiæ de dotalitio, puta §. *38. & 39.* Ord. Polit. Duc. Magdeb. *per tot.* tam *explicita* quam *implicita* conventionis mariti mentio injiciatur. Verba namque §vi 38. Da nun einer um Leibgedinge ſeines Weibes anſuchen wird. *it.* hätte auch ein Ehemann ſeinem Weibe dagegen (gegen die Mitgifft/) ein gleichmäßig Leibgeding auf ſeine Lehngüter zu verſchrei- *Dotalitii debitum non requirit conventionem. Removentur dubia.*

ben

ben ſich verpflichtet/ *tum*: das Leibgeding/ wie der Verſtorbene ſich verpflichtet/ & §*vi 39.* das verſchriebene Leibgedinge ꝛc. ſunt tantum *relativa*, ſeu *enunciativa*, pro ſubſtrata materia, puta *ſucceſſione pactitia* & *modo dotalitium conſtituendi*, de quibus *ibi* principaliter agitur, explicanda; minime autem verba *diſpoſitiva*, ſicuti ſatis luculenter adparet ex verbis citati §. *38.* Beglaubte Urkund ihres Einbringens *it.* Jedoch/ da des Weibes Mitgifft vermöge derer Rechte würcklich eingebracht/ und/ daß ſolches geſchehen/ durch des Ehemannes Qvittung und zweyer unverwerfflicher Zeugen Unterſchrifft bekräfftiget werde. *Porro*: Auf itzt-berührten Fall/ daß ſie ihm die Mitgifft würcklich eingebracht ꝛc. & ex verbis §. *39.* Wenn aber die Witwe das verſprochene Ehegeld bey Lebzeiten ihres Ehemannes würcklich nicht eingebracht/ oder binnen 6. Monathen nach des Ehemannes Tode nicht einbringen könte/ noch wolte: ſo ſoll ihr nothdürfftiger Unterhalt/ ſo lange ſie in Witwenſtande ehrlich lebt/ aus denen Gütern auf ihr Leben ausgemachet werden/ und in Fall ſie binnen halbjähriger Friſt nach Abſterben ihres Ehemannes das Ehegeld erlegen wird/ alsdenn ſollen die Mitbelehnte entweder das verſchriebene Gegen-Vermächtniß und Leibgedinge/ oder aber gedoppelt ſo viel aus denen Gütern zugeben ſchuldig ſeyn. Hæc enim verba omnia e contrario *dotis illationem* pro *unico petendi dotalitii fundamento* agnoſcunt, quoniam *primo*, dote realiter *non* illata, dotalitium, etſi per mariti conventionem conſtitutum, *minime* præſtandum, ſed alimenta tantum ſuppeditanda, & *deinde*, dote *adhuc* intra primos Sex menſes poſt mariti obitum realiter illata, dotalitium *adhuc* conſtituendum volunt. Dicis 2) dotalitium tamen *abſque conſenſu Domini directi & agnatorum*, teſtantibus verbis initialibus §*vi 38.* Sonſt ſol kein Leibgedinge auf Lehngüter für kräfftig erkandt werden/ es ſey denn unſere oder eines andern Lehnherrn und derer Mitbelehnten Bewilligung darüber erlanget/ non valere, & vniuscujusque conſenſum *implorationem*, implorationem autem *præviam conventionem* ſupponere. Unde infers, certe *conventionem mariti* cum

dotis

dotis illatione conjunctam eſſe debere, imo præter mariti conventionem *conſenſum domini directi & ſimultanee inveſtitorum* requiri. Cui dicenti reſpondemus, quemadmodum citata verba initialia §vi 38. non ſunt *contra nos*, ſed pariter *pro nobis*: ita inde extortam concluſionem per ſe corruere. Ideo autem dicta verba initialia non ſunt *contra nos*, quia nos hic, vt initio dictum, de quæſtione, *an debeatur dotalitium*? vnice ſoliciti ſumus, abſtrahentes a quæſtione longe diverſa *quantum*?, & verba iſta *ad qualitatem & quantitatem dotalitii* principaliter ſpectant, quod ſcilicet nullum in feudo conſtitutum dotalitium *ratione quanti* validum judicari debeat, niſi conſenſus *domini directi* vt & *ſimultanee inveſtitorum*, ſi ab his præſtandum eſt, intervenerit, prouti verba ſubſequentia perlegenti, & ſubnexas duas limitationes (a) quod conſenſus agnatorum *non* attendatur, modo dotalitium *doti non magnæ & realiter illatæ* æquale & *cum conſenſu domini directi* conſtitutum fuerit: Jedoch/ da des Weibes Mitgifft nicht zu hoch/ auch vermöge derer Rechte würcklich eingebracht/ und/ daß ſolches geſchehen/ durch des Ehemannes Qvittung und zweyer unverwerfflicher Zeugen Unterſchrifft bekräfftiget werde/ und wenn das Leibgedinge nicht darüber/ ſondern gleichmäßig/ und mit unſern Conſens beſtellet worden/ ſo ſollen es die Mitbelehnte/ ungeachtet ſie darein nicht gewilliget hätten/ zufechten nicht Macht haben. b) quod defectus *conſenſus domini directi* non vitiet dotalitium, *doti realiter illatæ* æquale conſtitutum, modo maritus conſenſum adquirere *morte impeditus fuerit*; Hätte auch ein Lehnmann ſeinem Weibe auff itzt-berührten Fall da ſie ihm die Mitgifft würcklich eingebracht/ dagegen ein gleichmäßig Leibgeding auf ſeine Lehngüter zu verſchreiben ſich verpflichtet/ und verſtürbe/ ehe er unſern oder eines andern Lehnherrn Conſens darüber erlanget: So &c.) probe conſideranti, patebit. Illuſtrationis ergo adjiciamus Edictum Regium *de dato Coloniæ ad ſpream d. 11. febr. 1706.* cujus verba ſunt ſequentia: Wir Friedrich von GOttes Gnaden König in Preuſſen ꝛc. entbiethen allen und jeden unſern Prælaten/ Graffen/ Herren/ denen von der

*Edictum Regium de conſenſu dom. dir. ad dotalitii conſtit. adhibendo.*

der Ritterſchafft / Haupt- und Amtleuten / Burgermeiſtern und Räthen in denen Städten und ſonſt allen andern / welche von uns gewiſſe bey dem Hertzogthum Magdeburg und Graffſchafft Manßfeld Magdeburgiſcher Hoheit zur Lehn-gehende Güter beſitzen / oder die geſamte Hand daran haben / unſere Gnade und Gruß / und geben denenſelben zu vernehmen / daß / obwohl in der Policey-Ordnung unſers Hertzogthums Magdeburg *cap. 8. §. 28.* und *38.* heilſamlich und wohl bedächtig verordnet / daß kein **gegen-Vermächtniß** oder **Leibgeding** als eine **Lehnſchuld** angeſehen / und ſonſten **gültig** und **kräfftig** erkandt werden ſolle / es ſey dann **unſere Bewilligung** darüber erlangt / wir dennoch eine Zeithero wahrnehmen müſſen / daß dieſer heilſamen und mit ſo guten Vorbedacht gemachten / auch in denen Lehn-Rechten gegründeten Verordnung ſo gar nicht nachgelebet worden / daß binnen vielen Jahren faſt über keine Eheſtifftung in unſern Hertzogthum Magdeburg unſer Lehn-herrlicher Conſens geſuchet noch erlanget worden / wodurch dann nicht nur unſere Landes-Ordnungen auſſer der gehörigen Obſervantz ſondern auch die hinterbleibende Witwen wegen deſſen / ſo ſie eingebracht / und ihnen daher zum Gegenvermächtniß und Leibgeding aus den Lehn verſchrieben worden / offtmahls in augenſcheinliche Gefahr und unausbleibliche Ungelegenheit geſetzet werden / inſonderheit aber alsdann / wann ein Concurſus creditorum entſtehet / oder das Lehn auf andere Lehnsfolger fällt / oder ſich an uns eröfnet. Wann wir dann eines Theils wollen / daß über unſeren Landes-Ordnungen mit behörigen Nachdruck gehalten werde / andern theils aber nicht zugeben können / daß die Witwen nach ihrer Männer Abſterben wegen ihres Eingebrachten gefährdet werden: So verordnen wir hiermit / daß / wann in einer Eheſtifftung von unſeren Lehnleuten des Hertzogthums Magdeburg und Graffſchafft Manßfeld Magdeburgiſcher Hoheit ihren Verlobten aus den Lehn ein Gegenvermächtniß oder Leibgeding verſchrieben wird / jedesmahl darüber unſer Lehnsherrliche Conſens geſuchet / und wenn die Summa deſſen / ſo verſchrieben / unter oder

